

Bibliothèque numérique

medic@

**Scheele, Ludovic. De Sorano Ephesio
medico etymologo**

Argentorati : apud Carolum I. Truebner, 1884.

Cote : 150345

150.3459

150.3459

DE
SORANO EPHESIO
MEDICO ETYMOLOGO

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

LUDOVICUS SCHEELE

HANNOVERANUS.




ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXXIV.

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

DE
SORANO EPHESIO
MEDICO ETYMOLOGO




GUILELMO STUDEMUND

STUDIORUM FAUTORI BENIGNO.



150,34



outre de la tr. bilingue minimale que j'avois faite
dans les manuscrits grecs et latins que j'avois
lors de mon voyage en Grèce et en Italie, lorsque je
avois établi un résumé de l'ouvrage de Soran
intitulé Σωρανὸς Μεγάνδρου Φοίβης Ἐπέστιος ἱατρός, οὐρανού
et de la traduction en latin de ce résumé.

Fragmenta libri Sorani Ephesii, cuius hic circumferri
solet titulus ἐτυμολογίαι τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου, post-
quam auctore Guilelmo Studemund praceptor meo
carissimo collegi et restitui, commentatio Pauli Voigt dilig-
gentia et ingenii acumine insignis, quae inscribitur 'Sorani
Ephesii liber de etymologiis corporis humani quatenus
restitui possit' (Gryphisw. 1882), in manus mihi incidit.

Ut nihilominus partem eorum, quae conscripseram, publi-
lici iuris facerem, duabus de causis factum est. Primum
enim de nonnullis rebus ac praecipue de libri inscriptione
aliter sentio atque Voigtius, tum autem sola lemmatum
libri Soranei fragmentorum enumeratio, quam Voigtius dis-
quisitioni suae addidit, ad indolem et naturam libri illius
penitus cognoscendam parum sufficere mihi videbatur.

CAPUT I.

§ 1.

Duos quos excitat Hesychius Soranos unum
eundemque esse.

Apud Suidam i. e. apud Hesychium Milesium de duobus
Soranis haec exstant testimonia:

**Σωρανὸς Μεγάνδρου καὶ Φοίβης, Ἐφέσιος ἱατρός, δια-
τριψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν τῇ Ρώμῃ δὲ ἱατρεύσας ἐπὶ¹
Τραϊανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ τῶν βασιλέων, βιβλία τε συντάξας
πλεῖστα καὶ κάλλιστα.**

**Σωρανὸς Ἐφέσιος, ἱατρὸς γεώτερος· γνωμεῖα βιβλία
δ', βίους ἱατρῶν καὶ αἰρέσεις καὶ συντάγματα βιβλία οἱ καὶ
ἄλλα διάφορα.**

1*

Homines docti non consentiunt fuerintne re vera duo Sorani, quos laudat Hesychius, an unus tantum statuendus sit Soranus. Nam Osannus (Quaest. Hom. III p. 12 adn. 12) Ermerinsius (Sorani Ephesii liber de muliebr. affect. p. IV sqq.) alii Soranum secundo loco ab Hesychio laudatum gravibus nisi argumentis omnino reiecerunt tamquam a solo Hesychio fictum; contra Daubius (de Suidae biographic. origine et fide p. 439 adn. 39) contendit nullam prorsus subesse causam, cur unum tantum Soranum exstitisse statueremus. Attamen probabilius est unum tantum Soranum i. e. eum quem maiorem dicit Suidas fuisse et scripta, quae Hesychius Sorano quem laudat minori tribuit, illi Sorano vindicanda esse omnia.

1. Faciamus enim re vera fuisse quendam Soranum Ephesium minorem, qui libris IV γυναικεῖα et βίος ἱατρῶν καὶ αἰρέσεις καὶ συντάγματα libris X scripserit et ἄλλα διάφορα: qui, quaeso, fieri potuit, ut eius memoria apud posteriores scriptores et medicos omnino evanesceret? Atque cum certissimis testimonis (cfr. Ermerins I. l.; Voigt, Sor. Ephes. etc. p. 3; H. Haeser, de Sorano Ephesio eiusque περὶ γυν. παθ. libro nuper reperto, progr. Ienae 1840, p. 6) constet maiorem quoque Soranum tractatum de muliebris affectionibus (γυναικεῖα) scripsisse, quem Dietzius, Ermerinsius, Valentinus Rose publici iuris fecerunt, posteriores medici et scriptores, Galenus, Oribasius, Caelius Aurelianus, Tertullianus, Orion etc., cum de altero utro Sorano verba facerent, cognomine quodam (πρεσβύτερος vel νεώτερος vel alio) eos discernere debebant; nihilominus ab omnibus qui Soranum excitant scriptoribus¹⁾ aut uno nomine Σωρανός laudatur aut Σωρανὸς ὁ Ἐφέσιος.

¹⁾ Per pauca ex multis affero exempla: Oribasius, Iuliani imperatoris aequalis (Oribasii opera, III p. 369–382 ed. Bussemaker-Daremburg), ubi duo capita e Sorani libro depromit, titulo περὶ μῆτρας καὶ ειδοίον γυναικείον adicit verba: ἐξ τῶν Σωρανοῦ. Ex utrius Sorani libro Oribasium hunc locum deprompsisse censes, quandoquidem uterque Soranus de muliebris affectionibus scripsisse fertur?

2. Accedit quod Hesychius hac in quaestione diudicanda non nimia dignus est fide, quippe qui non semel vitas hominum finxerit, qui nunquam fuerunt (cfr. Flach, Hesychii Milesii Onomatologi quae supersunt, p. XXII adn. 1).

3. Haec argumenta tertio eoque graviore corroborantur. Est enim valde mirum, quod Hesychius, cum de Sorani maioris vitae condicione tam bene instructum sese praestet, ut quo patre, ex qua matre ortus sit, ubi vitam degerit, quorum imperatorum aetate fuerit proferat, de scriptis eius nihil addat nisi: *βιβλία τε συντάξας πλεῖστα καὶ πάλιστα,* quae verba nullius sunt momenti. De Sorani autem, quem laudat, minoris vita, parentibus, aetate quamquam nihil compertum habet Hesychius, opera eius aliquot ita excitat, ut totam qua insignebantur inscriptionem indicet.

Quodsi constat Soranum maiorem tractatum de mulieribus affectionibus scripsisse, tota quaestio, utrum omnino praeter Soranum illum alter Soranus medicus fuerit necne, ea ex re pendebit, uter fuerit auctor scripti illius quod laudatur *βίοι λατρῶν καὶ αἰρέσεις* etc. Nam si mihi contigerit ut probem hoc quoque scriptum Sorano illi maiori vindicemus.

In Cramer Aeed. Gr. Paris. I 395, 9 e codice Paris. 2286 chartac. saec. XIV, qui continet lexicon Medicum e Galeno et Crateva et aliis, quorum nomina saepius laudantur, conflatum, haec extant verba: *καὶ πόσοι (εἴσιν) οἱ συστησάμενοι τὴν λογικήν; πέντε. τίνες οὖτοι; Ἰπποχράτης ὁ Κώνος, Πραεγύρος, Φιλότιμος, Ἐρεσίστρατος καὶ Ἀσκληπιάδης. καὶ πόσοι εἰσὶν οἱ συστησάμενοι τὴν μεθοδίζην ἐπιστήμην; τρεῖς. τίνες οὗτοι; Μεθήσων ὁ Λαοδίκεν, Μονόμαχος ὁ Ἀρροδοσιεύς, καὶ Σωρανὸς ὁ Ἐφέσιος —. ἐγὼ δὲ μόναχος νεόφυτος κατὰ στοιχεῖον τὰντα συνέταξα σποράδην αὐτὰ εὑρών καὶ πολλὰ προσθεῖς ἀπὸ τῶν*

E catalogo nescio cuius bibliothecae, qui continetur codice Veronensi Capitul. CXVII (107) chartae. 4^o saec. XVI Studemundus descripsit hunc libri a Niceta quodam scripti titulum, cuius manifestos librarii errores tacitus correxi: *συναγωγὴ ἐξ πολλῶν τῆς χειρονογραφίας τέχνης Νικήτου τινός, ἐξ διαιρόμων παλαιῶν λατρῶν, οἷοι εἰσὶν οὗτοι. Ἰπποχράτης, Γαληνός, Θρειβάσιος, Ἡλιόδωρος, Ἀρχιγένης, Ἀντινόος, Ἀσκληπιάδης, Λιονῆς, Ἀμύντας, Ἀπολλώνιος Κιτιεύς (καὶ τιανεύς cod.), Νημφόδωρος, Ἀπελλῆς, Ροῦφος, Σωρανός, Πανᾶλος Αἴγινήτης, Παλ(λ)άδιος. etc. etc.*

candum esse, sine ulla dubitatione Soranus Ephesius minor ab Hesychio ipso vel fonte eius fictus est.

In scholiis ad Oribasium (quae leguntur in editione Oribasii a Bussemaker-Daremburg curata III p. 680—689) ter nomen Sorani obviam fit:

quocum conferas:

1. p. 681, 10 *Ιστέον, ὅτι δομὴν Σωρανὸς ἐν τοῖς Γυναικείοις διὰ τὸ σκληρὸν μένη μύλη ἥ καθὼς ἄλλοι καὶ δυσκίνητον μύλην ἥ λέγονται μύλος . . . ὀνόματοι μύλον ὀνομάζεσθαι φησιν.*

Soranum περὶ γυν. παθ. p. 251, 10 (Ermerins) ἡ λεγοναικείοις διὰ τὸ σκληρὸν μένη μύλη ἥ καθὼς ἄλλοι λέγονται μύλος . . . ὀνόματοι μύλος ἥ περ τῆς δυσκίνητας καὶ τοῦ βάρους . . .

2. p. 681, 17 *δομὴ Σωρανὸς ἐν τοῖς Γυναικείοις κεφαλαίῳ περὶ ἐμμήνων καθάρσεως.*

Inscriptio capitinis (p. 19) περὶ ἐμμήνων καθάρσεως. S. p. 25, 3 . . . καὶ διὰ τοῦτο τινες ἐπισυλλαμβάνονται.

τὴν αὐτὴν τῷ 'Ρούφῳ αἰτίᾳν, ἐπάγων „καὶ διὰ τοῦτο τινες ἐπισυλλαμβάνονται.“

His exemplis docemur Oribasii scholiastam nomine *Σωρανός* eum significare Soranum, quem Hesychius altero laudat loco, qui de muliebribus affectionibus scripsit.

3. Tertium autem Sorani nomen apud scholiastam Oribasii legitur III 687, 1:

'Ο Φίλων ἐν τῷ 3' Περὶ βιβλιοθήκης κτήσεως καὶ Ἐρμηνείας ἐν τῷ ε' Περὶ τῶν διὰ παιδείαν σεμνηθέντων ἐνδόξων ἀνδρῶν ἱατρῶν καὶ δομὴ Σωρανὸς ἐν ταῖς τῶν ἱατρῶν διαδοχαῖς φασιν ὅτι . . .

Quin scriptum *βίοις ἱατρῶν καὶ αἰρέσεις* etc. idem sit atque quod hoc loco laudatur ἐν ταῖς τῶν ἱατρῶν διαδοχαῖς, vix quisquam dubitet (vide quae Daremburgius ad hunc locum adnotat III 687 not. 4), atque cum scholiasta ad Sorani nomen tertio loco laudatum neque urbem patriam neque ullum cognomen addat, colligimus scholiastam tertio loco eundem Soranum Ephesium significare, quem ceteris locis duobus excitaverit. Quocum aetas virorum trium illorum

optime quadrat: Philo enim Byblius, cuius discipulus erat Hermippus Berytius, Traiani et Hadriani fuerunt temporibus aequae atque Soranus Ephesius.

Vidimus igitur utrumque scriptum, et γνωστεῖα βιβλία δ' et βίοι ἱατρῶν καὶ αἰρέσεις etc., Sorano minori abiudicandum, maiori tribendum esse, unde sequitur ut Hesychium ipsum aut fontem, quo usus est in libro conscribendo, Soranum minorem finxisse statuamus. Itaque puto duos quos praebet Hesychius articulos, eis partibus quae nihil sunt resectis, ita fere in unum contexendos esse:

Σωρανὸς Μενάνδρου καὶ Φοίβης, Ἐφέσιος ἱατρός, διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν τῇ Ρώμῃ δὲ ἱατρεύσας ἐπὶ Τραιανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ τῶν βασιλέων . . . γνωστεῖα βιβλία δ', βίοντος ἱατρῶν καὶ αἰρέσεις καὶ συντάγματα βιβλία i' καὶ ἄλλα διάφορα¹⁾.

§ 2.

De falsa Sorani apud Tzetzam memoria.

Quae cum ita sint, non possum non quosdam Tzetzae errores de Sorani Ephesii aetate corrigere. Laudat enim Tzetzes bis Soranum quendam Ephesium medicum, qui temporibus Cleopatrae Alexandriae fuerit et huic reginae medicamina ad faciem exornandam apta fabricatus sit. Ac primum quidem haec leguntur in Tzetzae prooemio ad Allegorias metro quod vocatur politico conscribillata (ed. Matranga Aneed. Gr. I p. 1; ed. Boissonade, Lutetiae 1851, p. 1):

*Τῇ πραταιοτάτῃ βασιλίσσῃ καὶ δημητριοτάτῃ πνεῷ Εἰρήνῃ τῇ
ἐξ Ἀλαμανῶν.*

1) Ἐπεὶ φαιδρά, πτανσέληνε, σελήνη σελασφόρε,
οὐκ ἐν διῶν Ὡκεανοῦ φαίνοντα λελομένη,
ἀλλ' ἐν πορφύρας τῆς πλευρῆς, ὡς ἐπεισιν εἰπάσσαι,
ἀνασκιρῶσσα φερανγῆς καὶ πλέον τοῦ φωσφόρου,
χρηζεις ἔλαντειν πόρρω ποι σαῖς ψυχικαῖς ἀκτῖσι

¹⁾ Vix magis dubitandum, quin Soranus ille Cous, qui bis laudatur in vita Hippocratis (Westermann Biogr. p. 449 et p. 450), idem sit atque noster Soranus (cfr. Ermerins, Sor. de muliebr. aff. p. VI).

τὸ σποτεινὸν τῶν λέξεων καὶ βίβλων τὴν ἔσπεραν,
οὐ κατὰ Κλεοπάτραν δὲ βασίλισσαν τὴν πάλαι
τῷ Ἐφεσίῳ ἵατρῷ τῷ Σωρανῷ χρωμένην
μετέρχῃ τὰ καλλύνοντα μορφὰς τὰς τῶν προσώ-
πων,

- 10 οὕτε χερσοῦν τι πέλαγος βραχύτατον ἐθέλεις,
ὅσπερ ἐνείνη πρότερον ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ
τῷ Δεξιφάνει τῷ σοφῷ μηχανικῷ Κνιδίῳ
χερσώσασα τὴν θάλασσαν μέχρι τετρασταδίου,
ἐπεὶ τοιοῦτον οὐδαμῶς βούλεται σοῦ τὸ κρά-
τος

Similia leguntur in Tzetzae Chiliadibus in lib. VI v. 279
(ed. Kiessling), ubi Rufus Ephesius medicus una cum So-
rano laudatur:

- Tῇ Κλεοπάτρᾳ τῇ σοφῇ τῇ καὶ ὠραιοτάτῃ
280 καὶ τοῖς λοιποῖς δὲ σύμπασι πολλῶν ὑπερ-
φερούσῃ
πρὸς ἐπιμέλειαν τριχῶν καὶ τῶν ὀνύχων ἡσαν
Χαρμιονὼν καὶ Τάειρα. τὶ δὲ δηλοῦσι τάδε;
Σύρον τὸν Τζέτζην βλέπε νῦν, Ἰσμαηλίτην ἄμα,
καὶ ταῦτα διαρθροῦντά σοι ταῖς γλώσσαις ταῖς ἐκείνων.
285 κατὰ Ἐβραίων γλώσσαν τε καὶ τὴν τῶν Σύρων ἄμα
Χαρμὶ δηλοῦ τὴν ἄμπελον, Οὐνὼ περιστερὰν δέ,
τὴν ἥρα φασιν οἱ Ἑλληνες περιστερὰν οἰνάδα.
κατὰ Ἰσμαηλίτας δέ, τοὺς Ἀγαρ γόνους λέγω,
περιστερὰν τὴν Τάειραν σημαίνοντας μοι νόει.
290 αὗται πρὸς ἐπιμέλειαν τριχῶν καὶ τῶν ὀνύχων
τῆς Κλεοπάτρας τῆς σοφῆς ἡσαν τῆς βασιλίδος.
μηχανικοὶ καὶ ἱατροὶ καὶ γραμματεῖς δὲ ταύτης
καὶ ἁγτοφες καὶ σύμβολοι ἡσαν μυρίοι ἄλλοι,
καὶ Δεξιφάνης δὲ αὐτός, μηχανικὸς ἐν Κνίδον,
295 μεθ' οὖ πολλὰς λυσιτελεῖς τὰς μηχανὰς ἐποίει
καὶ θάλασσαν ἐχέρσωσε μέχρι τετρασταδίου,
αὐτὴν εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ πύργον ἀνεγείρει,
φῶς ἐν νυκτὶ σωτήριον τοῖς πλέοντι δεικνύειν.
τῷ Δεξιφάνει τούτῳ μὲν εἰς μηχανὰς ἐχρῆτο,
300 τοῖς Ἐφεσίοις δ' ἱατροῖς, τῷ Σωρανῷ καὶ Ῥούφῳ,

εἰς πάντα τὰ καλλύνοντα μορφὰς τὰς τῶν προσώπων,
εἰς πᾶν τε πάθος γυναικῶν καὶ ἴατρείας ἄλλας.

Quaenam earum Aegypti reginarum, quae Cleopatrae nomine innotuerunt, his duobus locis a Tzetza significetur, incertum esse non potest, quoniam eodem Tzetza auctore Charmiuno et Taeira fuerunt ancillae eius, quam laudat, Cleopatrae. Constat autem e Galeno aliisque fontibus¹⁾ eam Cleopatram, quae his utebatur ancillis, celeberrimam illam fuisse Aegypti reginam, quae post pugnam apud Actium commissam vipereo veneno sibi ipsa mortem concivit. Hanc rem Galenus in commentatione περὶ τῆς Θηριακῆς ad Pisonem data (Galen. ed. Kuehn XIV p. 235) ita enarrat: ... ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν [scil. Κλεοπάτραν] ὁ Ἀγγούστος νικήσας τὸν Ἀρτάμιον ξῶσαν λαβεῖν ἡβούλετο καὶ ξῆν καὶ διὰ σπουδῆς φυλάττειν, ὡς εἰνός, ἵνα δεῖξῃ Ρωμαίοις ἐν τῷ Θηριάμβῳ τὴν οὖτοις διάσημον γυναῖκα· ἣ δὲ συνεῖσα, φασί, τοῦτο καὶ ἐλομένη μᾶλλον ἔτι βασίλισσα οὖσα ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι ἥπερ ἰδιώτης Ρωμαίοις φανῆναι, τότε ἐμηχανήσατο τῷ Θηρίῳ τούτῳ τὸν θάνατον αὐτῆς. καὶ φασὶν αὐτὴν καλέσαι τὰς πιστοτάτας δύο γυναικας, αὗται δὲ ἦσαν αἱ πρὸς τὸ κάλλος αὐτῆς εἰς τὸν κόσμον τοῦ σώματος ὑπηρετεῖν ἡρμοσμέναι καὶ τοῖς ὀνόμασι λεγόμεναι Νάειφα καὶ Καρμιόνη (scrib. Χαρμιόνη)²⁾, ἣ μὲν ἀναπλέκοντα τὰς τρίχας εὐπρεπῶς, ἣ δὲ ἀποτέμνοντα τὰς ὑπεροχὰς τῶν ὀνύχων εὐφυῶς· εἴτα κελεύσασα σταφυλαῖς τε καὶ σύκοις κεκρυμμένον εἰσκομισθῆναι τὸ Θηρίον

Quoniam igitur statuimus Tzetzam cogitasse de Cleopatra imperatoris Augusti aequali, duos Tzetzae errores eosque gravissimos agnoscamus necesse est. Primum enim

¹⁾ Cfr. Stephan. Thesaur. VIII p. 1349.

²⁾ Tzetzes ea, quae de Cleopatra Aegypti regina eiusque ancillis profert, e Galeno videtur depropnisse. Nomina autem ancillarum aut aliter atque in eis quibus nos utimur Galeni editionibus tradita fuisse in eo quo Tzetzes utebatur codice Galeni aut dedita opera a Tzetza eam ob rem paulum esse mutatas, ut etymologiam nominum illorum e lingua hebraica et syria afferre posset, nemo est quin prima intellegat specie,

Tzetzes narrat Cleopatra regnante in Pharo insula turrim illam a Dexiphane constructam esse, ex qua noctu ad regendos navium cursus ignes emicabant, deinde eandem reginam Sorano et Rufo, medicis Ephesiis, usam esse (Chil. VI 296—302).

Constat autem et turrim illam in Pharo insula non Cleopatra illa regnante, sed Ptolemaeo Lagi filio rege circa annum a. Chr. n. 290 a Sostrato, Dexiphanis Cnidii filio, ut ipsa turris inscriptio testabatur, esse aedificatam, et Soranum atque Rufum, Sorani fere aequalem, Traiani et Hadriani aetate floruisse.

Quorum errorum originem ut explicem, primo loco demonstrare conabor, quoniam modo fieri potuisse suspicere, ut Cleopatrae aetate et iussu turrim illam a Dexiphane erectam esse opinaretur Tzetzes. Quod priusquam accuratius perquiramus, de tempore, quo singula Tzetzae scripta confecta sunt, pauca exponam necesse est.

Gustavus Hart in commentatione, quae inscribitur: De Tzetzarum nomine vitis scriptis (Lipsiae 1880) p. 40 sqq. ostendit:

1. Ioannis Tzetzae Chiliades nihil aliud esse quam scholia metro inclusa ad Epistolas illas eiusdem scriptoris [quas publici iuris fecit Presselius];

2. Chiliadum corpus in tres secedere pinaces, quorum primus versus continet inde a Chil. I—IV 466, alter pinax versus inde a Chil. IV 781—V 201, tertius denique inde a Chil. V 202 usque ad finem Chiliadum. Versus autem qui leguntur inter primum et alterum pinacem, Chil. IV 467—780, nihil prorsus commune habere cum Chiliadum corpore, immo primam efficere epistolam Tzetzianam et suo loco esse motos, cum ceterae epistolae prosa oratione scriptae — sunt autem 106 — in unum volumen a Tzetza coactae essent;

3. primum Chiliadum pinacem inter annos 1144 et 1147 confectum esse;

4. Allegorias Iliidis compositas esse anno 1147;

5. alterum et tertium Chiliadum pinacem perfectos esse post annum 1158.

Quoniam primus Chiliadum pinax inter annos 1144 et 1147 conscriptus est, sequitur ut versus Chil. IV 467—780, quibus primam effici Tzetzae epistolam dixi, ante annum 1144 conditos esse concedamus.

Qua in epistola haec exstant verba (Chil. IV 472 sq. 502 sq.):

*Ζαβαρειῷ τῷ Λαχανῷ τούτοις καὶ γὰρ ἀβρύνει
ἥπερ δὲ Κροῖσος Θησαυροῖς καὶ Μίδας τῷ χρυσίῳ
ἥπερ ἡ Κλεοπάτρα δὲ χερσώσασα τὴν Φάρον
τῷ Αεξιφάνει τῷ σοφῷ Κνιδόθεν ὠρμημένῳ*

Ad hunc errorem explicandum sufficiet scholia huic epistolae adiecta evolvere. Habes enim Chil. II 16 haec:

*ἡ Πτολεμαίου σύναιμος, δέσποινα Κλεοπάτρα
ἡ Αἰγυπτία, ἡ σοφὴ καὶ πανευμορφοτάτη,
ἡ πιθανή καὶ εὐγλωττος, ἡ δέονσα Σειρῆνας,
ἡ κάλλει πάντας θέλγοντα καὶ φύσιν τῶν θηρίων,
τὸν Γάϊον Ἰούλιον τὸν Καίσαρα δὲ μᾶλλον
καὶ μετ' αὐτὸν Ἀρτώνιον γαμβρὸν Ὀκταονίον
· · · · ·
αὖτη σὺν ἀρχιτέκτονι Κυπρίῳ Αεξιφάνει
τὴν θάλασσαν χερσώσασα τὴν τῆς Ἀλεξανδρείας
ὅσον πρός τετραστάδιον, εἴτε μικρόν τι πλέον,
τὸν πύργον ἔξειργάσατο τὸν μέγιστον τῆς Φάρον,
δικλάσι φῶς σωτήριον μᾶλλον ἐν ζάλῃ φαίνειν.
μέμνηται μὲν Βιργίλιος ταύτης τῆς Κλεοπάτρας,
Λουκιανὸς καὶ Γαληνὸς καὶ Πλούταρχος σὺν τούτοις,
Ατόδωρος, Γεώργιος δὲ ϕρονικὸς σὺν ἄλλοις,
καὶ Ἰωάννης μετ' αὐτοὺς Ἀντιοχεὺς ὑστέρως.*

Ipse igitur Tzetzes fontes, quos secutus est, indicat. Nullos autem horum, quos laudat, fontium ansam praebuisse, ut Tzetzes in talem incideret errorem, nisi Ioannem Malalam civem Antiochensem (p. 218 sq. ed. L. Dindorf) et Georgium τὸν ϕρονικόν, id est Georgium Cedrenum (vol. I p. 304) — apud Ioannem Antiochenum ea pars, in qua

de Cleopatra agebat, intercidit — intellexerunt Gustavus Hart et Guilelmus Studemund.

Ex his apparet Tzetzam verum a falso non accurate distinxisse. Confudit enim Tzetzes non secus atque Ioannes Malalas eum, qui exstat apud Georgium Cedrenum, nuntium de aggere ab Alexandria urbe usque ad Pharum insulam ducto cum constructione turris illius, quae in Pharo insula Strabonis aliorumque testimonio a Ptolemaeo Lagi filio aedificata est.

In alterum errorem incidit Tzetzes, cum existimaret Cleopatram medicis usam esse Sorano et Rufo Ephesiis
εἰς πάντα τὰ καλλύνοντα μορφὰς τὰς τῶν προσώπων
εἰς πᾶν τε πάθος γνωστῶν καὶ λατρείας ἄλλας.

Atque notandum est in Allegoriis Iliadis, quas anno 1147 conscriptas esse supra commemoravimus, solius Sorani Tzetzam mentionem facere,¹⁾ in tertio autem Chiliadum pinace post annum 1158 confecto et Soranum et Rufum ab eo laudari.

Iam supra vidimus, quae Tzetzes de Cleopatrae ancillis profert, e Galeni scripto *περὶ τῆς Θηραυῆς* (XIV 235 Kuehn) eum deprompsisse, eundemque auctorem laudat testem in versibus, quos supra descripsi, Chil. II 31:

μέμνηται μὲν Βιργίλιος ταύτης τῆς Κλεοπάτρας,
Λουκιανὸς καὶ Γαληνὸς καὶ Πλούταρχος σὺν τούτοις,
 unde collendum est Tzetzam Galeni opera sub oculis habuisse eoque fonte saepius usum esse.

Viam autem explicandi, quonam modo Tzetzes adductus sit, ut Soranum et Rufum Cleopatrae medicos fuisse existimaret, indicavit mihi Guilelmus Studemund, cum me moneret in vol. XII operum Galeni (ed. Kuehn) intra pag. 414—432 nomina et Sorani et Rifi et Cleopatrae exstare. Tzetzes igitur, quoniam in vol. XII p. 414 sqq. magnum fragmentum Sorani nomine insignitum legitur (*περὶ τῶν ὑπὸ Σωρανοῦ*

¹⁾ Hermannus Usener in Musei Rhenani vol. XXVIII p. 412 sq. suspicatur Tzetzae ideo Soranum Cleopatrae aequalem visum esse, quia *ἡ κομμωτικὴ Κλεοπάτρας τέχνη* perperam Sorani nomine insignita circumlata sit.

γεγραμμένων πρὸς ἀλωπεκίας), ea quoque, quae exstant vol. XII p. 432 sqq. (*περὶ τῶν ἐν τῷ Κλεοπάτρᾳ κοσμητικῷ γεγραμμένων*), ad eundem Soranum auctorem redire ratus fortasse ea conscripsit, quae initio Allegoriarum Iliadis (v. 8) exhibentur, ubi solus Soranus commemoratur.

Idem nonnullis annis post cum versus Chiliadum VI 279 sqq., quo loco et Soranus et Rufus laudantur, conserberet, ea quae olim e Galeno excerpterat, denuo inspexit et ex hoc excerpto addidit Rufi nomen, quod eodem fere loco atque Cleopatrae et Sorani nomina apud Galenum excitatur (XII 425). Praeterea cum hoc excerpto aliud coniunxit, quod e Galeno XIV 235 de Cleopatrae ancillis sibi comparaverat.

CAPUT II.

Quibus e fontibus Sorani liber περὶ φύσεως ἀνθρώπου restituī possit.

Illa ἄλλα διάφορα, quae notantur apud Hesychium, Sorani scripta indagavit et enumeravit Ermerinsius p. XXI. Inter quae liber excitatur ἐτυμολογία τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου, quem περὶ φύσεως ἀνθρώπου inscribendum esse tertio ostendam capite. Huius libri cum auctor se praestet in arte grammatica non medioriter versatum, haud difficulter quispiam prima quidem specie commoveatur, ut Sorano medico scriptum abiudicandum esse putet. At si consideraveris alios quoque homines doctos, veluti M. Terentium Varronem, Cornelium Celsum, Galenum¹⁾, compluria amplexos esse litterarum genera, non iam nimis

¹⁾ cf. O. Iahn in „Berichte über die Verhandlungen der Kgl. Sächs. Gesellschaft der Wissensch. 1850“ p. 263 sqq. Artem medicam et grammaticam cognitione quadam artius inter se cohaerere visam esse medicis vel labente Byzantina aetate viventibus, cum alia docent per multa tunc epistola saeculo fere XII ab anonymo quodam ad medicum data (Crameri Anecd. Oxon. III p. 188 ep. XXI): Τῷ ἰατρῷ Λειψιόῃ. Φιλοσοφώτατέ μοι καὶ γραμματικώτατε ἰατρῶν· καὶ τὴν ἰατρῶν τέχνην ἔμελετήσας ὡς ἀρισταὶ οἴδας γάρ καὶ τὰ τοῦ Σωφρανοῦ καὶ τὰ τοῦ

offenderis, quod Soranum medicum hunc quoque librum grammatici argumenti conscripsisse censemus.

Accedit quod in ipso Sorani scripto περὶ γνν. παθῶν nonnullae reperiuntur vocabulorum originationes: p. 8, 8 μῆτρα ἵστέρα δελφύς, p. 93, 8 χόριον ἀγγεῖον δεύτερον ἵστερον πρόδρομα, p. 251, 13 μίλος, quae originationes ad verbum fere conspirant eum eis, quas aliunde novimus, unde patet auctorem illius libri grammatici esse eundem Soranum Ephesium medicum, qui librum περὶ γνν. παθῶν conscripsit.

Inter eos fontes, qui fragmenta e libro Sorani περὶ φύσεως ἀνθρώπου, qui nunc vulgo ἐτυμολογίαι τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου inscribitur, desumpta asservaverunt, primo loco nominandum est Etymologicum Orionis Thebani, qui grammaticus medio fere saeculo p. Chr. n. quinto lexicon e variis scriptis antiquorum grammaticorum ita consarcinavit, ut intra uniuscuiusque litterae fines non respecto litterarum ordine quae ex uno eodemque fonte decerpserat frustula deinceps in etymologico proferret. Itaque disquisitio, quaenam frustulorum in Orionis lexico exstantium Sorano deberentur, facillime esset instituenda, nisi pluribus locis ordo, qui olim inerat in etymologico, foede turbatus esset, cuius perturbationis causas accuratissime indicavit Kleistius in commentatione, quae inscribitur: De Philoxeni grammatici Alexandrini studiis etymologicis p. 25 sqq.

Deinde laudanda sunt Etymologica Magnum, Gudianum, Zonarae, quae quoniam integrius servata sunt quam Orion, saepe ad corrigenda et augenda Soranea ab Orione exhibita inserviunt.

Nec pauca frustula, quae alibi frustra quaeras, insunt in scholiis ad Rufi Ephesii¹⁾ medici libellum περὶ ὄρυμασίας τῶν τοῦ σώματος μορίων adiectis, quae tantum non omnia ad Soranum auctorem redire inde elucet, quod aut

¹⁾ Ιπποκράτεος, ἔπιστασις Γαλήνειά τε καὶ Ἡροφίλεια καὶ τὰ τοῦ Ἡρωδίανον καὶ τὰ τοῦ Τρύφωνος καὶ τὰ τοῦ Ἡροδότου καὶ τὰ τοῦ Ἡρωνος . . . τὰ μὲν γάρ οἶδας ὡς ἰατρός, τὰ δὲ ὡς γραμματικός, τὰ δὲ ὡς μηχανικός . . .

¹⁾ Œuvres de Rufus d' Ephèse ed. Daremberg-Ruelle (Paris. 1879) pag. 237—241.

Sorani nomine ipso aut additamento οὐτως ὁ αὐτός (i. e. Σωρανός) insignita leguntur.

In scholiis Io. Tzetzae ad exegesin in Iliadem¹⁾ p. 126, 9. 10 Soranus inter eos excitatur, qui studiis etymologicis in Homero instituendis operam collocaverint: πολλοὶ τῆς Ὁμηρικῆς ἐπεμελήθησαν · Πλάτων καὶ Ἀριστο-[τέλης] οἱ φιλόσοφοι, Σωρανός, Ἡρωδί[ανός], Φιλόξενος, Ἀριστόξενος, Ἀπ[ιων], Τυραννίων, Ἀρισταρχος, Ζηρόδοτος κ. τ. λ. Et profecto non pauca extant scholia praesertim ad Iliadem, quae quin Soranum auctorem redoleant, nullo modo dubitari potest, quamquam Sorani nomen nusquam in toto scholiorum corpore reperies. Conferas e. g.:

schol. Ven. A in II. E 306: Melet. 126, 27: κοτύλαι ποτύλην] ποτύλη τὸ κοῖλον δέ ὅπου ἔγεινται αἱ κεφαλαὶ τοῦ ὀστέου, ἔνθα ἡ κεφαλὴ τῶν μηρῶν · διὰ δὲ τὴν ἔκεισε ποιλότητα ποτύλη ἐκλήθη.

schol. in Od. ε 231: περὶ δὲ ζώνην βάλετ’ ίξνι] φά-
χει ὅλη· ίξνς δὲ τὸ ἄνω, ὀσ-
φὺς τὸ κάτω. ίξνς οὖν ἄξυ-
στις οὖσα, ἢν οὐχ οἶόν τε
ξέσαι καὶ κηρύσσειν τῇ χειρὶ,
ἢν ἀλλαχοῦ (Od. η 161) λέγει
ἄκνηστιν· καὶ ἐμιγρεύων τὴν
λέξιν φησί „κατ’ ἄκνηστιν μέσα
νῶτα“. φάχις δὲ καλεῖται ἡ
σύμπλεξ τῶν τριάκοντα τεσ-
σάρων σπονδίλων, ὃν οἱ πρῶ-
τοι ἔπτά συμπληροῦσι τὸν
τράχηλον, οἱ δὲ τελευταῖοι
δεκαπέντε τὴν ὀσφύν, οἱ δὲ
μέσοι δώδεκα ὄντες τὸν νῶτον,
ὅν τὸν ίξνην ἐκάλεσεν ὁ ποιητής.
B. E. Q. cfr. Or. 75, 16 et
Or. 17, 11.

¹⁾ post Draconis Stratonicensis librum de metris poeticiis ed. G. Hermann, Lips. 1812.

Plura exempla integra afferre supersedeo; sufficiat ceterarum quae in scholiis latent reliquiarum Sorañearum lemmata indicare: Od. α 1 ἀνήρ, γυνή cfr. Or. 16, 18 et Or. 39, 19 || Od. α 140 εἰδῶτα cfr. Or. 53, 19 et Od. δ 56 || Od. ι 301 φρένες cfr. Or. 101, 13 || Od. π 161 cfr. Or. 17, 11 || Od. π 517 πνιγούστοι cfr. Or. 130, 19 || Od. σ 343 γαστήρ cfr. Or. 39, 11 et Or. 42, 9 (adn. 52) || Od. ϱ 225 ἐπιγοννίδα cfr. Or. 56, 12 et Od. σ 74 ||

Ven. A. II. Λ 526 *χολάδες* cfr. Or. 163, 29; = Ven. B ib. || Il. E 73 *ἰνίοι* cfr. Or. 76, 3; = Ven. B ib. || Il. E 146 *κληῆδα* cfr. Mel. 91, 8 (in Orione evanuit) || Il. E 284 *χερεῶντα*; = Ven. B ib. || Il. E 306 *ἰσχίοι* cfr. Or. 76, 14; = Ven. B ib. || Il. P 136 *ἐπιτσκύντοι* cfr. Et. M. 364, 4; = Ven. B ib.

Accedunt Soranea, quae delitescunt in scholiis ad Iliadem recentioribus (*σχόλια νεώτερα*) quae vocantur, hausta ad unum omnia ex Etymologicis: *B* 142 *στύθεσσι* cfr. Or. 145, 23 | *B* 471 *γλάγος τὸ γάλα* cfr. Or. 39, 17 | *B* 479 *στέρνον* cfr. Or. 145, 22 | *Γ* 292 *στόμαχος* cfr. Or. 145, 10 | *Γ* 359 *λαπάρα* Or. 79, 18 | *Z* 467 *κόλπον* cfr. Or. 80, 18 | *K* 26 *βλέψαρον* cfr. Or. 34, 15; Et. M. 199, 33.

Per pauca quae Soranum sapiunt in scholiis ad alios poetas adscriptis reperiuntur, veluti in scholiis Aeschyleis ad Prometheus v. 878: *σφάνελος* (collato schol. ad Eurip. Hippol. 1353 vol. I p. 196) cfr. Et. M. 737, 50. Praeterea in scholiis ad Aesch. Prometh. v. 881 de φρήν vocabulo adnotatioonis ultima verba ἐξ αὐτοῦ ζαὶ μετάφρενα τὰ τῆς φάκεως ὄπισθεν λέγονται eum Or. 101, 13 aliquid commune habent.

Iulii Pollucis denique Onomastico breviter laudato, cuius secundus liber nonnulla continet Soranea, iam me vertam ad gravissimum fontem, ad Meletii¹⁾ scriptum περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς (Crameri Aeed. Oxon. III pag. 1—157).

¹⁾ Scripsisse Meletium inter VII. et IX. saeculum Voigtius exponit (pag. 4 sqa.).

CAPUT III.

Sorani librum inscriptum fuisse περὶ φύσεως
ἀνθρώπου.

At priusquam accuratius examinemus, quid Meletii libellus ad Sorani scriptum restituendum praestare possit, prooemium illius libelli hic adscribamus, ut dispiciatur, quibus fontibus usus sit Meletius et quid sibi proposuerit:

§ 1. Ή παροῦσα σύνοψις περὶ φύσεως ἀνθρώπου ἐποήθη καὶ συνελέγη καὶ συν(ε)τέθη παρὰ Μελετίου μοναχοῦ Θέματος τοῦ Ὀψιλὸν Βάνδον Ἀρροκοῦ, χωρίου Τιβεριουπόλεως, μονῆς λεγομένης Τρεῖς ἡτοι τῆς ἀγίας Τριάδος· οὐχ ὡς καινόν τι ἐπινοήσαντος περὶ φύσεως ἀνθρώπουν φυσιολογῆσαι, ἀλλὰ σύντομον καὶ ἀνελλιπῆ πραγματείαν ἐκθέσθαι τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοπόνοις βουλομένον. § 2. Εἰ γὰρ καὶ πολλοὶ τῶν ἀρχαίων σοφῶν πολλοὺς κατὰ ἀποταγὴν ἢ ἐν συντόμῳ περὶ τῆς φύσεως ἡμῶν λόγους συνέθεντο, ἀλλ’ οὐδεὶς ἀνελλιπῆ καὶ ἀνυστέρητον ταύτην ἀπήγρισεν. § 3. Ο μὲν γὰρ Ἰππονδράτης περὶ φύσεως παιδίον καὶ ἀνδρὸς γράφας δίλγα τινὰ καὶ δυσδιάγνωστα, οὐδὲν περὶ τοῦ καθόλου ἀνθρώπουν ἐμηγμόνευσεν ἢ τῶν ἐν αὐτῷ δυνάμεων ἢ ἐνεργειῶν ἢ τῶν τοῦ σώματος μορίων. § 4. Ο δὲ¹⁾ Γαληνὸς περὶ φύσεως μορίων μητρεῖς καὶ περὶ πράσεων, ἐν οὐδεμιᾷ τῶν πραγματειῶν αὐτοῦ φαίνεται τοιαύτην διοκλήρως ὑπόθεσιν ἀναγράψας. § 5. Σωκράτης δὲ ἐτυμολογίας μᾶλλον μορίων καὶ²⁾ διομάτων ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου συντάγματι αὐτοῦ ὡς γραμματικὸς ἢ φιλόσοφος συνετάξατο. § 6. Οἱ δὲ ἄγιοι καὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι, ὅπον δέ μέγας Βασίλειος, δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Γρηγόριος Νίσσης, δὲ χρυσολόγος Χρυσόστομος, καὶ δὲ παμμακάσιος Κέριλλος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν κατ’ αὐτοὺς ἐν τοῖς λόγοις αἴτον τοῖς διδασκαλικοῖς σὺν τῷ θεολογικῷ φυσιολογήσαντες πολλὰ περὶ τῶν τοῦ σώματος ἡμῶν μορίων καὶ τῶν ψυχικῶν καὶ ζωτικῶν καὶ φυσικῶν δυνάμεων καὶ ἐνεργειῶν συνεψιλοσόφησαν· οὐδεὶς μέρτοι γε τῶν

¹⁾ δὲ correxit Studemundus, codd. γὰρ.

²⁾ deleto καὶ facilius intellegi verba Meletii monet Leopoldus Cohn.

προειρημένων ἀνδρῶν ἢ τῶν ἁγίων τούτων συναγαγάντων φαίνεται τὴν ὅλην ὑπόθεσιν τοῦ μὴ τὴν πραγματείαν ἀποτελέσαι.

§ 7. Τὰ οὖν διεσπαρμένως¹⁾ ἐν ταῖς τούτων βίβλοις ἔγειμενα αὐτὸς ἐκλαβὼν τὸ παρὸν ὡς ἐν ὄν²⁾ συνεστησάμην δὴ σύγγραμμα, τοῖς μὲν ὡς εἰκὸς ἔχειν αὐτὸς βουλομένοις ὑπόμνημα τῆς φύσεως καὶ τῆς συστάσεως τοῦ σώματος παντὸς ἐσόμενον, ἔμοι δὲ γνητάσιον καὶ τῆς ἀμαθίας προφύγον Sub finem pag. 2 Meletius his verbis pergit: ἐπειδὰν δὲ οὕτως ἡ ὑπόθεσις ἀναπληρωθῆ καὶ οἶον συνιφανθῆ, ὥσπερ ἐπανάληψιν ποιούμενος δὲ λόγος τὰ ὅλα πάλιν μόρια διηρημένως ὑπεξέρχεται, ἐτυμολογῶν ἔπαστον καὶ τὴν φυσικὴν (δύναμιν)³⁾ καὶ ἐνέργειαν καὶ τὰς ὄνομασίας καὶ τὸν δρον τὸν ὑποδεικνύων ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ποδῶν, οὐ ταντολογῶν, ὡς ἂν οἰηθείη τις, ἀλλὰ τὰ ἐν ἐπιτομῇ εἰρημένα καὶ συνεσταλμένως πλατυνάτερον ἐκδιδάσκων καὶ πρὸς τὸ σαφέστερον διενκρινᾶν τοῖς ἀκούοντι. διὰ ταῦτα καὶ πίναξ ὑποτίθεται εἰς διάγρωσιν εὑχερῆ

pag. 6, 2: ὅθεν (i. e. propter causas in antecedente pagina a Meletio expositas) καὶ ἡμεῖς τὸν περὶ ψυχῆς ἴδιᾳ λόγον ἀπολιπόντες τὰ περὶ τῆς καθόλου φύσεως ἀνθρώπου πονηθέντα παρὰ τῶν ἀρχαίων καὶ σποράδην κείμενα ἐν ἀνατομικαῖς καὶ ἐτυμολογικαῖς βίβλοις κατὰ τὸ ἡμίν ἐφικτὸν ἐκλεξάμενοι εἰς ἐν κατατάξωμεν.

Auctores igitur, quibus usus est, nominat Meletius hos: ex antiquis Hippocratem, Galenum, Socratem; ex recentioribus ac sanctis Basilium, Gregorium Nyssenum Basilii fratrem, Chrysostomum, Cyrillum. Attamen qui semel inspexerit scriptum Meletianum, statim intelleget Meletium in libro consarcinando non constanter virorum secundo loco laudatorum vestigia pressisse, sed tantum nonnullos locos ex horum scriptis ad verbum mutuatum esse et nomine eorum distincte insignitos libello suo interspersisse.

Ac ne ea quidem multa sunt, quae Meletius ex ipsis Hippocratis et Galenī, quos laudat, scriptis ita deprompsit,

¹⁾ διεσπαρμένα ὡς codd., correxit Studemundus.

²⁾ codd. ἐνὸν, Studemundus correxit ἐν ὄν.

³⁾ δύναμιν addidit Leopoldus Cohn.

ut distinete dici possit, quosnam locos horum medicorum significaverit (cfr. Voigt. adn. 34), eaque tam arte cum eis, quae Meletius de suo addidit, mixta et pertexta sunt, ut non facile secerni possint.

Quibus locis, cum ad quaestione a nobis institutam nullius sint momenti, sepositis hoc unum agamus, ut quae in Meletii libello exstant Soranea investigemus; apparebit autem in Meletio magnam partem libri illius, quem Soranus de etymologiis corporis humani scripsisse traditur, integrum asservatam esse¹⁾.

Ut iam aperiam, quo verba mea spectent, in Meletii praefationis § 5 contendo pro verbis Σωρατης δε scriendum esse: Σωρανος δε. Quod quibus causis nisus postulem priusquam demonstrem, paucis ea refutanda sunt, quibus Voigtius ut in diversam abiret sententiam commotus est. Cuius verba sunt haec (pag. 8):

‘In etymologicis igitur (Meletius) auctorem adfert Socratem, de natura hominis. cui omnes etymologias corporis humani vindicabimus paucis exceptis quae a Galeno mutuari Meletius poterat. Socratis autem librum illum prorsus congruere cum Sorani de etymologiis corporis humani opusculo facile intelleget, si quis illas etymologicas apud Meletium particulas comparaverit eum glossis Orionis aliisque quae iure licet Sorano tribuere. monachus [scil. Meletius] igitur non ipso medici Ephesii libro videtur usus esse, sed Socratis eiusdem excerpto illius operis. nam in singulis non integrum eum nobis tradidisse Sorani librum postea demonstratus sum.’ Adnotat Voigtius: ‘Id si effectum erit, non opus est fingamus, quod quis possit suspicari, sicut Nemesii liber Gregorii Nysseni nomine ornatus esset, Sorani opus sub Socratis nomine esse latum.’

1. Ut igitur efficiat Meletium non Sorani ipsius libro usum esse, primum Voigtius viginti quinque enumerat glossas, quas quamquam ad Soranum auctorem redire aliis et

¹⁾ cfr. Hermanni Dielsii sententiarum controversarum quintam in commentationis de Galeni Historia Philosophica Bonnae a. 1870 inscriptae pagina 52.

certis testimoniis constat, apud Meletium frustra quaeras. At neque quisquam exspectabit neque Meletius usquam pollicetur quas apud Soranum partium corporis humani originationes reppererit ad unam omnes se decerpturum et libro suo inserturum esse. Quid mirum quod Meletius de plus quam ducentis sexaginta fragmentis Soraneis etymologicie argumenti, quae ego infra concessi, fragmenta viginti quinque i. e. ne decimam quidem partem omisit?

Ceterum non pauca sunt fragmenta Soranea etymologiei argumenti, quae cum in nullo lexico servata sint, apud unum Meletium exstant; sunt autem haec: μόρια, μύεσ, ὥλη, μάργοντα, παρειά, οἰσοφέγγος, πάτος, κῶλον, σφιγγτήρ, ἡτρον, ἐφίβαιον, βάλανος, ἔρωντρός.

2. Deinde a Voigtio enumerantur nonnullae glossae, in quibus aut aliqua pars originationis Soraneae omissa est a Meletio aut in brevius contracta, veluti: αἰδοῖα Mel. 112, 13, Et. M. 30, 57; γέλως Mel. 44, 27, Et. M. 224, 29; ζορνῷ Mel. 54, 4, Or. 82; ὄψις Mel. 69, 13, Et. M. 645, 52; πέλμα Mel. 131, 1, Or. 129; ἀμος Mel. 92, 5, Or. 170; ὁτα Mel. 74, 28, Or. 170; βλέφαρον Mel. 69, 16, Or. 34, Et. M. 199, 33, Et. Gud. 109; ἀνθερεάν Mel. 84, 17, Or. 16; λογάδες Mel. 69, 4, Et. M. 572, 36; παλαιστή Mel. 122, 5, Or. 129, Et. M. 647, 23.

At profecto licebat Meletio eas tantum vocabulorum originationes originationumve partes proferre, quae ipsi probarentur, et hanc illamve glossam decurtare, etiamsi ex ipso Sorani libro hauriret.

3. Non iniuria Voigtius Meletium vituperat, quod aliquot particulis etymologicis ex Sorani doctrina oriundis, quae apud Soranum grammaticorum nominibus (Heraclidis¹), Apollodori, Philoxeni, aliorum, ex quorum scriptis Soranus ipse aliquot etymologias hauserat) insignitae erant, nomina auctorum non appinxit. Sane cum festinanti calamo scribebat et brevitatis studio duceretur, poterat illa nomina omittere

¹) De Heraclide Pontico etymologiarum scriptore cf. Leopoldum Cohn in Commentationibus philologis in honorem Aug. Reifferscheidii scriptis a. 1884 Vratislaviae p. 84 sqq.

Meletius, sive Sorani ipsius scriptum sub oculis habebat sive e Socrate quodam tamquam e fonte secundario vocabulorum originationes repetebat.

4. Hoc denique Meletio crimini datur a Voigtio, quod contracturus fontem suum confuderit diversas originationes, conglutinaverit quae discepant, quae congruant disiunxerit. At Sorani librum, cum Meletii, qui sescentis fere annis post Soranum fuisse videtur, in manus incideret, quis spondeat integrum fuisse neque eodem modo decurtatum, mutilatum, vitiis obsitum, quo ceteros antiquiorum scriptorum libros? Nec multum prodest Socratem nescio quem supponere inter Sorani et Meletii tempora scribentem, qui illa omnia peccavisse videtur Voigtio. An meliore indole praeditum ac magis religiosa cura usum esse Meletium septimo post Christum natum saeculo censes quam Socratem, quem aliquot ante Meletium saeculis fuisse fingas necesse sit?

Ex his quae diximus appareat Voigtium parum caute iudicasse, cum censeret fieri non posse, ut statueremus Meletium ex Sorani ipsius libro, quas profert, particulias etymologicas deprompsisse, si effectum esset in singulis non integrum nobis tradidisse monachum Sorani scriptum.

Quibus Voigtii argumentis refutatis ostendere conabor Meletium ex ipsius Sorani libro hausisse. Quod quo certius comprobetur, denuo inspicias prooemii Meletiani paragraphos 3—6, quas supra (pag. 17 sq.) descripsi. Vides igitur, in quorum virorum societate Socrates ille laudetur. Nonne Meletii verbis docemur 'Socratem' illum, cuius nec patris nec patriae nomen additur, fuisse illa aetate omnibus notissimum, quippe cuius nomen nullo prorsus adiecto additamento nominibus viorum non minus tum quam hodie celeberrimorum, Hippocratis, Galeni, Basilii, Gregorii Nysseni, Chrysostomi, Cyrilli circumdatum legatur? Atqui de Socrate illo, qui testibus Meletii codicibus *περὶ φύσεως ἀνθρώπου* scripsit, nihil omnino constat¹⁾.

¹⁾ Vnus in litterarum graecarum historia occurrit Socrates medicus (apud Nicolaum Myrepsum saeculi XIII medicum; v. Fabricii Bibl. gr. II 689 ed. Harles) et unus Socrates chirurgus (apud Caelium Aureliandum morb. chron. III 8, 151), de quibus praeter nomen nihil constat.

Accedit alterum. Constat enim Orionem Thebanum, qui medio fere p. Chr. n. saeculo quinto id est altero fere vel tertio ante Meletium saeculo ex compluribus grammaticis Etymologicum consarcinavit, Sorani ipsius libro usum esse. Nec vero scimus, quando Sorani ille liber etymologicus argumenti perierit. Sane per totum medium quod dicitur aevum quam clara fuerit Sorani doctrina libris manu scriptis propagata, satis constat; cfr. e. g. epistolam monachi illius ad Leipsioten undecimo p. Chr. n. saeculo scriptam, quam supra pag. 13 sq. laudavimus. Nec vero 'Socrates' ille ab eis, qui originationes partium corporis humani proferunt, usquam laudatur: id est nec in Etymologico Magno nec in Gudiano nec a Zonara nec ab Hesychio nec a Polluce nec a Ruffi scholiasta nec ab aliis.

Itaque confidenter conicio in § 5 Meletium scripsisse Σωρανὸς, non Σωράτης, quam lectionem in codice Barocciiano 131 (A) saeculo XIV ineunte scripto, ex quo Cramerus Meletii praefationem¹⁾ edidit, ita ortam esse suspicor, ut indoctus librarius scripturae compendium Σωρανὸς nominis perperam solveret, cum praesertim in § 3 praecedederet 'Ιππονοράτης, quod nomen isdem terminatur litteris quibus Σωράτης²⁾. Accedit quod Socratis nomen cum Cra-

¹⁾ Prooemium libri Meletiani in solis codicibus A et W (Vindobonensi) servatum est.

²⁾ De compendio nominis Σωρανὸς et similiu cfr. Greg. Corinthium ed. Schaefer p. 242 (in adn.). — Similiter in Etymologicis saepissime pro Φιλόξενος nomine multa alia reperiuntur nomina, quae omnia per librariorum neglegentiam vel inscitiam in lexicis illata sunt, veluti: Et. Gud. 344, 4 Φιλόσωρος. Et. Gud. 334, 44: οὐκούν, παρὰ τὸ οὐκούν, ὁ δὲ Φιλόπονος, παρὰ τὸ χλῶ, χλέων, ἀπὸ τοῦ χλῶ κατὰ παραγωγήν. Quid quod Et. Gud. 330, 12 Φίλον quandam profert auctorem libelli Philoxenei περὶ μονοσυλλάβων ὄγματων s. v. κναφεύς: οὗτος Φίλος ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ὄγματον? In Etymologico Orionis bis laudatur Φίλων quidam ἐν τῷ περὶ Ἑλητρισμοῦ (Or. 21, 25 [Et. G. 27, 51] et Koesii Excerpta e cod. Reg. Paris. 2630 apud Or. 185, 18), semel Φιλονίδης ἐν τῷ περὶ Ἑλητρισμοῦ, quorum nominum neutrum suo loco positum est et tribus his locis in Φιλόξενος mutandum. Or. 21, 25 enim ἀκάλαστος vocabuli originationem Philoxeni esse cum aliunde tum inde appareat, quod circumdata legitur multis frustulis Philoxeneis; quod si

tetis, Isocratis, Sosieratis, Sostrati nominibus identidem a librariis confusum esse constat.

Unum quod mihi obici possit hoc est: cum Meletius omnium, quorum vestigia secutus est, auctorum nomina ita digerere videatur, ut accurate observet cuiusque aetatis ordinem uno Socrate hoc, quem contendo esse Soranum, excepto¹⁾), propter id ipsum Sorani nomen hoc loco substitui non posse pro Socratis nomine; certe Meletium, si Soranum auctorem laudare voluisse, ante Galenum eum nominaturum fuisse.

Quam ad obiectionem refutandam sufficiet monere per totum medium aevum aequae atque nostra aetate Hippocratem et Galenum praeceteris medicis omnibus summa fructos esse auctoritate, utpote qui tamquam *κατ' ἔξοχήν* medici haberentur, ita ut nomina eorum quasi columnum artis medicae plerumque coniuncta legantur. Accedit quod scriptorum quae laudantur Hippocratis et Galeni περὶ φύσεως παιδίου καὶ ἀνδρός, περὶ φύσεως μορίων, περὶ ιατρικῶν idem fere est argumentum, nulla fere addita vocabuli originatione, cum Soranus teste Meletio ἐτυμολογίας μᾶλλον

comprobatum est, etiam locus ille apud Or. 185, 18 Philoxeno tribuendus est, nam de eodem ἀπόλαυστος vocabulo verba facit auctor. Idem dicendum est de Or. 90, 8: *χρονίεν . . . οὕτω Φιλονίδης ἐν τῷ περὶ Ἑλληνισμοῦ*. Accedit quod ipsum Etymologicum Gudianum, in quo alias nomina Philoxenus, Philon etc. plerumque confunduntur, sub voce *χροίω* distinete exhibet Philoxeni nomen: Et. Gud. 349, 42 *χρονί· ἔστι ρῆμα χρῶ, παράγωγον χρόνῳ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν χρονίω . . . οὕτω Φιλόξενος*. In Zonarae lexico duodecim insunt glossae Philonis nomine insignitiae, quas ad unam omnes ad Philoxenum auctorem redire demonstrari potest. Eodem denique modo pro *Φιλόξενος* περὶ ὄγηματικῶν ὄνομάτων tradita sunt cum alia tum *Φιλων* εἰς τὸ ὄγηματικόν, etc. Vides igitur, quam facile confundi possint *Σωκράτης* et *Σωκράτης* nomina, cum pro *Φιλόξενος* nomine existent variae lectiones haec: *Φίλος*, *Φίλων*, *Φιλονίδης*, *Φιλόθωρος*, *Φιλόπονος*.

¹⁾ Hippocrates 460—377 a. Chr.

Galenus c. 130—post. a. 200 p. Chr.

Soranus (imperantibus Traiano et Hadriano 98—138 p. Chr.)

Basilius c. 329—379.

Gregorius Nyssenus c. 331—c. 394.

Chrysostomus c. 347—407.

Cyrillus c. 370—444.

μορίων [χαῖ] ὄνομάτων protulerit. Atque hac potissimum ratione ductum Hippocratis et Galeni scripta coniunctim laudata Sorani libro opponere voluisse Meletium opinor.

Nec nimis verisimile est iam saeculo tertio Sorani librum ne decima quidem parte omnium quae inerant etymologiarum omissa ad verbum fere exscriptum esse ab excerptore idque excerptum tantopere inclaruisse, ut etiam septimo p. Chr. n. saeculo extaret; verum Sorani ipsius librum, quem ipsum medio saeculo quinto ab Orione grammatico usurpatum esse inter omnes constat, saeculo septimo deperditum fuisse.

Quod autem Sorani nomen in ipso contextu operis Meletiani alibi nusquam laudatur, id ideo factum esse videtur, quia, si occasione data semel laudaretur, tum in una quaque pagina quater quinquiesve repeteretur necesse fuit, ne suspicio legentibus oreretur ceteras originationes, quibus nomen Sorani non adscriptum legeretur, non redire ad Soranum auctorem. Atque omnino Sorani nomen in ipso scripto laudare Meletius ea de causa supersedere poterat, quod in praefatione omnes auctores, quorum scripta in usum suum convertit, nuncupaverat. Ubi quoniam expousit Soranum scripsisse librum, in quo inessent partium humani corporis originationes, et paulo infra (pag. 2, lin. 5 et pag. 3, lin. 1 ed. Cramer) haec verba addidit: τὰ οὖν διεσπαρμένως ἐν ταῖς τούτων βίβλοις ἐγκείμενα αὐτὸς ἐκλαβὼν τὸ παρὸν ὡς ἐν ὅν συνεστησάμην δὴ σύγγραμμα . . . ἐτυμολογῶν ἔκστον κατὰ τὴν φυσικὴν (δύναμιν) καὶ ἐνέργειαν καὶ τὰς ὄνομασίας καὶ τοὺς ὅρους ἐποδεικνύων ἀπὸ περαλῆς ἦν ποδῶν, nonne quivis facile conicet etymologias, quas affert Meletius, ex illo Sorani libro esse depromptas?

Verum aut egregie fallor, aut ut aliter atque ego iudicaret, Voigtius maxime titulo, sub quo Sorani liber in Meletii prooemio notatur, adductus est, quoniam Orionis Thebani Etymologicō nisus Sorani librum inscribere malebat: ἐτυμολογίαι τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου. Nimirum si in

Meletii prooemio haec verba exstant: *Σωρατης δὲ ἐν ταῖς ἐτυμολογίαις τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου αὐτοῦ ὡς γραμματικὸς ἢ φιλόσοφος συνετάξατο*, tum certe ne Voigtius quidem dubitasset *Σωρατης* nomen in *Σωρανὸς* mutare.

Voigtius igitur Orionis Etymologici testimonio (34, 9) fatus Sorani librum inscriptum vult: *ἐτυμολογίαι τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου*. At cum tribus omnino locis in hoc Etymologico liber ille Sorani laudetur, tribus titulis inter se diversis excitatur:

1. Or. 34, 9 οὕτω *Σωρανὸς* ἐν ταῖς ἐτυμολογίαις τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου.
2. Or. 131, 4 οὕτω *Σωρανὸς* ἐν τῷ περὶ ἐτυμολογιῶν τοῦ ἀνθρώπου.
3. Or. 159, 17 οὕτω λέγει *Σωρανὸς* ἐτυμολογῶν τὸν ἀνθρωπονόλον.

Itaque ne is quidem, qui primo loco positus est, titulus nimia fide dignus videtur esse. Cfr. etiam quae p. 27 de titulo *Σωρανὸς* ἐν τῷ περὶ ὄνομασιῶν μοροβίβλῳ apud Rufi scholiastam commemorato dixi.

Equidem conicio Soranum ipsum librum suum inscripsisse περὶ φύσεως ἀνθρώπου, quem titulum Meletius recte tradit in praefatione. Ex quo cum Orion illas sumeret vocabulorum originationes, quae ad corpus humanum spectant, veritus ne cum natura et indole Etymologici, in quo nihil nisi etymologiae exstabant, parum congrueret titulus libri alicuius disciplinam mere medicam profitentis, pro ipso Soranei libri titulo (περὶ φύσεως ἀνθρώπου) significavit eam quae ipsi gravissima videbatur libri partem ita, ut frustulis e Sorano desumptis modo haec adderet: οὕτω λέγει *Σωρανὸς* ἐτυμολογῶν τὸν ἀνθρωπονόλον (Or. 159, 17), modo haec: ἐν τῷ περὶ ἐτυμολογιῶν τοῦ ἀνθρώπου, modo haec: ἐν ταῖς ἐτυμολογίαις τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου. Atque vide mihi quam apte Orion id expresserit, quod Sorani liber prae ceterorum potissimum scriptorum de medicina libris proprium habebat. Sane simillimus verbis Meletius proprietatem huius libri indicat (Mel. 1, 21): *Σωρανὸς δὲ ἐτυμολογίας μᾶλλον μορίων*

[καὶ] ὄνομάτων ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου συντάγματι αὐτοῦ ὡς γραμματικὸς ἢ φιλόσοφος συνετάξατο¹⁾.

Accedit aliud. Quicumque enim legerit titulum, qui ab Orione 34, 9 libro Soraneo tribuitur, ἐτυμολογίαι τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου, eius in mentem veniat necesse est, in hoc tractatu non nisi nudas enumeratas fuisse vocabulorum originationes, quales fere in Orionis Etymologico secundum ordinem litterarum digestae leguntur. Verum uberiorem fuisse Sorani librum atque has quae supersunt etymologias materiae medicae intextas fuisse recte monuit Voigtius, cum haec diceret (p. 35): ‘Soranum, priusquam ad singula corporis membra describenda transiret, dixisse de generatione hominis ac de animae aliarumque interiorum corporis virium atque humorum functionibus’; cuius rei gravissima apud Meletium exstant testimonia, cum primae opusculi parti inseruerit etymologias vocum: ἄνθρωπος (Mel. 7, 2) ἔμβρυον (Mel. 7, 27) μήτρα (Mel. 8, 2) νηδύς, δελφύς, ινστέρα (Mel. 8, 3—18) ἀδελφός (Mel. 8, 13) ὀμφαλός (Mel. 8, 20) χόριον (Mel. 8, 23) γάλα (Mel. 9, 15) μαστοί (Mel. 9, 19) μήτηρ (Mel. 9, 24) μαῖα (Mel. 10, 4) βρέφος (Mel. 10, 6) πολιούσθαι (senescere, canescere) (Mel. 17, 13) νοῦς (Mel. 21, 27) θυμός (Mel. 25, 21) σκελετός (Mel. 32, 8) ὑμήν (Mel. 32, 27) χυλός et χυμός (Mel.

¹⁾ Fortasse quispiam in eam inciderit cogitationem, Orionem in Etymologico suo consarcinando non integro ipsius Sorani libro περὶ φύσεως ἀνθρώπου usum esse, sed excerpto aliquo, quo solae partium corporis humani originationes comprehensae fuerint. At hoc vel ideo veri dissimile est, quod Orion multis locis non nudas exhibet vocabulorum originationes, verum etiam definitiones et appellations diligenter expositas: veluti Or. 129, 25 παλαιστή; Or. 163, 3 χυλός et χυμός; Or. 144, 15 σινφαρ; Or. 144, 3 σιαλος, quod fragmentum integrum quale traditum est hic perscribam, unde intellegas de excerpto quodam Soranei libelli omnino cogitari non posse: *Σιαλος: τὸ λεπτὸν καὶ οὖν ὁ ὄρος τῶν ἄλλων ὑγρῶν, οἷον ἀποσειόμενον ἄλις καὶ ἀθροῦν. διαφέρει δὲ σιαλος καὶ πτύελον· καὶ πτύελος μὲν ὁ ἀποτυόμενος κατὰ προσίστουν κατὰ τὴν τῶν χειλῶν ἐπίπτυξιν· δὲ σιαλος αὐτομάτως ὁ εῖ. διὸ καὶ σιαλιζει τὰ βρέφη καὶ ὑπεργηράσαντες, οὓς καὶ ἀναισθήτους λέγομεν· πιθανὸν δὲ καὶ τὸν παρακολουθοῦντος ἐν τῷ πτύειν ψόφου ταύτης τυχεῖν τῆς ὄνομασίας. λέγεται δὲ σιαλος καὶ ὁ εὖ τραφεῖς σὺς παρὰ τὸ ἀφρόν προσίσθαι, ὃν λέγομεν σιαλον.*

36, 15) *αῖμα* (Mel. 37, 5) *σπύραλον*, *οὔρον*, *περίττωμα* (Mel. 38, 10) *ὕπνος* (Mel. 41, 25) *λύπη* (Mel. 43, 12) (cfr. *χαρά* Mel. 44, 15) *δάκρυνον* (Mel. 43, 15) *γέλως* (Mel. 44, 27).

Quae cum ita sint, titulum *περὶ φύσεως ἀνθρώπου* aptius cum indole et natura libri Soranei congruere arbitror quam titulum *ἐτυμολογίαι τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου*.

Ceterum iam Ermerinsius (Sorani Ephesii liber de muliebribus affectionibus, pag. X sq.) suspicatus est hanc inscriptionem *ἐτυμολογίαι τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου* aequatque illam quae invenitur in scholiis ad Ruffi librum *ὄνομασίαι τῶν μορίων τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου* non ipsum esse titulum, verum ea inscriptione solam materiam significari. Verba Ermerinsii haec sunt: ‘Eiusdem [scil. Sorani] autem opus olim circumferebat, cuius reliquiae occurrunt in ms. Vaticano et in Etymologicis, cett. — Darembergius nuper locos eo spectantes collegit, unde tres desumam, ut de titulo vel saltem de materie libri constet. E cod. suo Vat. Darembergius dedit haec: ad vocem *ἴοντοι* adscriptum vidi: ‘Ο δὲ Σωρανὸς ἐν τῷ περὶ ὄνομασιῶν μοροβίβλῳ ἀπὸ ιούλου τοῦ πολλὰ καὶ πυκνὰ (πολλοὺς καὶ πυκνοὺς λέγε) ἔχοντος πόδας ξύφον ὄνομάζεσθαι αὐτούς φησιν. — Idem ex Etym. Orionis excerptis: Βρέγμα πυρίως ἐπὶ τῶν νηπίων παρὰ τὸ ὑγρὸν εἶναι καὶ ἀπαλὸν τὸ μέρος. Οὗτος Σωρανὸς ἐν ταῖς ἐτυμολογίαις τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου. Ibidem autem in voce παλαιστή legis in fine loci: οὗτος Σωρανὸς ἐν τῷ περὶ ἐτυμολογιῶν τοῦ ἀνθρώπου. Et in voce φλέγμα: οὗτοι λέγει Σωρανὸς ἐτυμολογῶν τὸν ἀνθρώπον ὅλον. Constat igitur opus Sorani exstitisse, quo nominum partium corporis humani etymologiam illustraverit. Num locis adlatis inscriptionem ab ipso auctore libro inditam habeamus, non certe scire nos opinor; sed parum tamen mihi videtur probabile. In indice in Dietzii editione deperditum caput 167. fert titulum: *περὶ πατασκενῆς τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὄνομασίας πάντων τῶν μελῶν καὶ τῶν στοιχείων.* Non dubito quin in his non habeamus inscriptionem capitatis, sed titulum operis ipsius, de quo agimus. Hunc autem esse titulum, quem ipse operi

suo Soranus dederit, certe scire quis potest? Fieri posse ut veram operis inscriptionem in iis habeamus, non ego negabo. De materie exemplis relictis abunde constat.¹⁾

Haec Ermerinsii verba miror quod Voigtius silentio praeteriit. Non contineri autem illis verbis: *περὶ κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὄνομασίας πάντων τῶν μελῶν καὶ τῶν στοιχείων* titulum neque capitis deperdit 167 neque alias eiusdem capitulis libri Soranei *περὶ γνωστέων παθῶν*, verum integri libri argumentum significari certissimum est. Non enim protulisset Soranus in prioribus capitibus etymologias vocabulorum *μήτρα*, *ὑστέρα*, *δελφύς*, *χόριον*, *ἀγγεῖον*, *δεύτερον*, *ὕστερον*, *πρόδρογγον*, *μύλος*, si in posteriore aliquo capite verba fecisset *περὶ ὄνομασίας πάντων τῶν μελῶν καὶ τῶν στοιχείων*. Significatur autem illo titulo sine ulla dubitatione idem Sorani liber, cuius Meletius mentionem facit. Quod vero hoc loco liber ille inscribitur *περὶ κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου*, non *περὶ φύσεως ἀνθρώπου*, id vix quemquam offendet, qui respexerit ipsum titulum operis Meletiani modo (pag. 1, 3, 4) *περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς* modo (pag. 1, 5 et 5, 1 apud Cramerum) *περὶ φύσεως ἀνθρώπου* citari¹⁾.

Hac ex inscriptione praeterea elucet, quomodo fieri potuerit, ut Rufi scholiasta, quippe qui materiam magis libri Soranei respiceret quam titulum, haec scribebat: *Σωρανὸς ἐν τῷ περὶ ὄνομασιῶν μονοβίβλῳ*.

CAPUT IV.

Meletium maioris ad Sorani librum *περὶ φύσεως ἀνθρώπου* restituendum auctoritatis esse quam ceteros fontes.

Restat, ut nonnullis demonstrem exemplis scriptum Meletianum multo meliorem exhibere textum fragmentorum Soraneorum quam Etymologicum Orionis aut cetera Etymo-

¹⁾ Aliud Sorani scriptum in codicibus fertur sub titulo *περὶ γνωστέων παθῶν*, cum Hesychius, Oribasii scholiasta, alii inscriptionem *γνωστέων* praebent.

logica, ita ut multis locis quae in lexicis ita exstant, ut aut nullum omnino aut depravatum praebent sensum, lux afferratur adhibito demum Meletio, qui Sorani verba plerumque fideliter descriptsit. Eam autem quaestionem, quam materiam medicam praeter etymologias continuerit Sorani liber περὶ φύσεως ἀνθρώπου, in praesens missam facio.

1. In Et. Or. 163, 15 exstat hoc frustulum Soraneum: *Χαλινά: τὰ ὑποκάτω τῶν γνάθων, οἷον χαλινά τιτα ὄντα, ὅτι χαίρονται δι' αὐτῶν, ἢ ἐκθεσις γίνεται. Σωρανὸς οὗτως.* Quod quam foede corruptum sit, quivis prima specie intelleget. Itaque Sturzius, cum Etymologicum Orionis emendaret, locum ita sanare conatus est, ut proponeret: οἷον χαλινά τιτα ὄντα, ὅτι χαίρομεν δι' αὐτῶν. Quid autem ἐκθεσις vocabulum sibi vellet, non perspexit; coniecit enim scribendum esse: οὗτως ἢ ἐκθεσις γίνεται. Σωρανός, vel: ἢ ἐκθεσις γίνεται Σωρανῷ οὗτως. At Orion, ubique Sorani nomen frustulis adicit, aut οὗτος Σωρανός scribit, aut Σωρανός, aut Σωρανὸς οὗτο, aut οὗτο λέγει Σωρανός, aut οὗτο Σωρανός ἐν ταῖς etc.; itaque tale additamentum, quale est ἢ ἐκθεσις γίνεται Σωρανῷ οὗτως, prorsus abhorret ab Orionis genere dicendi. Ad locum persanandum neque Etymologicum Magnum neque Gudianum quicquam proficiunt. Nam Et. Magnum 805, 14 ea fere praebet verba, quae in Et. Or. 40, 4 cum originatione vocabuli γνάθος coniuncta leguntur: *Χαλινός: χανινός τις ὁν, παρὰ τὸ χαίρειν, ὅτι δι' αὐτοῦ χαίνειν γίνεται.* Paulo propius ad veram et germanam lectionem accedit Etymologicum MS. Bibl. Reg. (s. v.): *χαλινοὶ δέ, οἷον χανοὶ τινες ὄντες, ὅτι δι' αὐτῶν τὸ χαίρειν γίνεται ἢ ἐκθεσις τῶν εἰσφερομένων, quamquam haec quoque lectio mendis scatet.* Corruptissimus denique exhibetur hic locus in Et. Gud. 127, 31: *Γνάθοι: οἷον χάρινοὶ τινες ὄντες, χαίροντι γὰρ ἢ ἐκθεσις γίνεται τῶν εἰς φερομένων.*

Quae lectio in Sorani ipsius libro infuerit, confessim intelleges, ubi Meletium p. 76, 5 evolveris: *τὰ δὲ ὑποκάτω τοῦ ὥτος γνάθοι λέγονται καὶ χαλινοί. γνάθοι μὲν παρὰ , χαλινοὶ (χαλινός ed. Cramer) δέ, ὅτι δι' αὐτῶν χαίρειν γίνεται· οἱ δέ φασι χανινούς (χαλινούς ed. Cramer) τινας εἶναι.*

χαίροντες γὰρ αὐτοὺς τὴν αἰσθησιν ποιούμεθα τῶν εἰσφερομένων.

Ex hoc Meletii loco illud quoque cognoscitur, quomodo factum sit, ut Et. Or. 40, 4 vocabula *γνάθος* et *χαλινός*, quae, si ordinem litterarum respexeris, longe seiungenda erant, uno afferret tenore. Quae cum coniuncta in fonte suo repperisset, Orion per neglegentiam, quae secundum Etymologici indolem separanda erant, una protulit.

2. Or. 163, 18 exstant haec: *Χείλη: τὰ θυροῦντα τὸ στόμα, καὶ οἶον ἔχιλη, τὰ καλύπτοντα καὶ συνέχοντα τοὺς ὀδόντας· ἢ ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῶν τὸν χιλὸν τοντέστι τὴν τροφὴν λαμβάνειν . . .* Larcherus, cum de hoc loco ageret¹⁾, illud quidem perspexit *ἔχιλη* vocabulum corruptum esse, nec tamen intellexit, quam levi litterarum mutatione huic loco medela afferri posset, sed pro *ἔχιλη* scribendum censuit *εῖλη*. Neque ex Etymologico Magno neque ex Gudiano quiequam lucis ad hunc locum redundat. Attamen quam longe a germana lectione aberraverit Larcherus, gravissimus testis est Meletius, qui incorrupta ipsius Sorani exhibet verba p. 76, 13: *τὰ δὲ ἐπικαλύπτοντα τὸ στόμα χείλη καλοῦνται ἀπὸ τοῦ κλείω, οἷονεὶ χείλη, τὰ θυροῦντα καὶ κλείοντα τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀδόντας* et q. sqq. Vides igitur eam ipsam notionem *κλείω*, cuius auxilio Soranus originem vocabuli *χείλη* aperire conatus erat, itemque participium *κλείοντα*, quod hoc loco maximi est momenti, apud Orionem prorsus evanuisse.

Praeterea his duobus, quae attuli, exemplis optime demonstrari potest, quomodo Orion e contextu libri Soranei lemmata sua decerpserit, decerptis originationem adiunxerit. Meletium enim his locis Sorani verba, qualia in ipso Sorani libro exstabant, perscrispisse omni exemptum est dubitatione.

Soranus igitur scripserat: Orion autem fere haec (163,15 sqq.):

... τὰ δὲ ὑποκάτω τοῦ ὀτὸς *Χαλινά: τὰ ὑποκάτω τῶν γνάθοι λέγονται καὶ χαλι-* *γνάθων, οἶον χανινά τινα ὄντα,*

¹⁾ Et. Or. p. 163 adn. 9.

*νοι χαλιροὶ δέ, ὅτι δί’ αὐτῶν ἡ αἴσ-
δι’ αὐτῶν χαίνειν γίνεται*¹⁾. οἱ δέ φασι χανινούς τινας εἶναι·
χαίνοντες γὰρ etc.

et: τὰ δὲ ἐπικαλύπτοντα τὸ στόμα χείλη παλοῦνται ἀπὸ τοῦ πλείω, οἰονεὶ χείλη, τὰ στόμα [ἀπὸ τοῦ πλείω deest] παλοῦνται παὶ πλείοντα τὸ στόμα παὶ συνέχοντα τοὺς ὄδοντας etc.

3. Aliud fragmentum maximopere decurtatum, mutilatum, corruptum in pag. 131, 6 lexici Orionei legitur:

*Πλευραῖ: οἵον πλήρεις παὶ ἀμύχωτοι, ἢ οἵον πλευμο-
νωροὶ οὖσαι, αἱ φυλάττονσαι τὸν πνεύμονα· ἢ οἵον πέλνοι, ὡς
πλατεῖαι.* Eundem locum Etymologicum Magnum p. 674, 53
aeque corruptum atque Orion exhibit sic:

*Πλευραῖ: οἵον αἱ πλήρεις οὖσαι παὶ ἀμύχωτοι· ἢ πλεω-
ραῖ τινες οὖσαι, αἱ φυλάττονσαι τὸν πνεύμονα· ἢ πολύενραῖ
τινες οὖσαι, ὡς πλατεῖαι.*

Ac primum quidem cum ἀμύχωτοι vocabulum quid significaret nesciret, Larcherus legendum coniecit ἀμύνωτοι ‘sine musculis’²⁾. At si πλευραῖ dicuntur ob eam rem ita nominari, quod sunt refertae et sine musculis, hoc additamentum ‘sine musculis’ cum originatione vocabuli πλευραῖ nihil commune habet. In Etymologico Magno Gaisfordius ἀμύχωτοι lectionem servavit. At vocabulum ἀμύχωτοι in litteris graecis omnino non obviam fit. Est autem scribendum cum Melletio ἀναμύχωτοι: de ἀμυχῇ et cognatis vocabulis cfr. Stephani Thesaur. vol. I, 2 pag. 168. 172. 173. 182—184. 186. 187.³⁾ Vide Mel. 93, 27: εἴρηνται δὲ πλευραῖ, ὅτι πλήρεις

¹⁾ cfr. Or. 40, 4.

²⁾ Et. Or. p. 131 adn. 19.

³⁾ Praeter locos in Steph.Thes. congestos cfr. e. g. hos: ad v. ἀμυχτέον Oribasii collect. VII 22 | ad v. ἀμυξίς Archigenem apud Galen. VIII 154 | ad v. ἀμύττω Galen. X 822, XII 4; Herodoti gloss. Hippocrat. p. 604; Galen. gloss. p. 574 σχάσαι· ἀμύξαι | ad v. ἀμυχῆ Oribasii collect. VII 21; Galen. VIII 151. 155, X 964; X 982; XI 119. 136; Theophanem Nonnum tom. II p. 246; Fischerum ad Aeschin. Axioch. p. 123.

εἰσὶ μυελῶν (καὶ) ἀναμύχοτοι. Deinde pro πλένοι, quod exhibet Orion, cum Etymologico Magno et Meletio scribendum videtur πολνενραι (πολύ et εὐρος) = πλατεῖαι. Ac ne πλενμονωροί quidem vocabulum, quod ad hunc locum optime quadrare videtur, recte traditum esse suspicor collato Meletii loco, quem supra excitavi (93, 29): ἦ πολνωραι οὖσαι, ὡς φυλάττονσαι καὶ περιέχονσαι τὸν πνεύμονα, τὴν καρδίαν καὶ τὴν γαστέρα. Vera igitur et germana lectio videtur πολνωραι 'multas partes custodientes'; nam, ut Meletius diserte exponit, costae custodiunt amplectunturque et pulmonem et cor et ventrem; ac proclivis est coniectura apud Orionem, priusquam decurtaretur, eandem exstitisse lectionem. In cuius lexico postquam vocabula τὴν καρδίαν καὶ τὴν γαστέρα perierunt, librarium quandam sane haud indoctum, cum nullo modo ferri posse censeret lectionem πλενραι, οἷον πολνωραι οὖσαι, ὡς φυλάττονσαι καὶ περιέχονσαι τὸν πνεύμονα, quia de sola voce πνεύμων quaestio esset, non illeipide πολνωραι commutavit in πλενμονωροί. Quae leguntur in Et. M. 674, 54 ἦ πλενραι πνες οὖσαι, ad eundem modum sunt corrigenda.

4. Simile vitium inest in Et. Or. 81, 20: *Κράτα*: τὴν κεφαλήν, ἀπὸ τοῦ κράτος, ὡς ἐνταῦθα τοῦ ἡγεμονικοῦ τυγχάνοντος. (ἢ) παρὰ τὸ κραίνειν καὶ βασιλεύειν τοῦ ὅλου σώματος· διεν (καὶ) κρανίον καὶ κέρατα, τὰ ἐκ τοῦ κρανίου φύμενα. *Σωρανός*: quod fragmentum ad verbum cum Et. Magno 535, 3 conspirat. Passus autem est hic locus mutationem et transpositionem verborum; nam κράτη a solo κράτος derivandum est, κρανίον autem a κραίνειν verbo et cum κρανίον artius coniunctum est κέρατα. Scribemus igitur cum Meletio p. 52, 14: οἱ δὲ κάραν λέγουσιν, οἶον κέρα ἀπὸ τοῦ τετρικῶσθαι· κέρας γὰρ ἡ θρίξ· ἢ κράτα ἀπὸ τοῦ κράτος, ὡς ἐνταῦθα τοῦ ἡγεμονικοῦ τυγχάνοντος. ἢ κρανίον παρὰ τὸ κραίνειν καὶ βασιλεύειν τοῦ ὅλου σώματος· ἢ διὰ τὸ κρέμασθαι ἐπει τὸν ἔγκεφαλον.

5. Or. 145, 4 haec leguntur: *Σιαγόνες*: ὅτι σείονται περιαγόμεναι καὶ συνάγονται, αἵ εἰσιν ὑποκάτω τῆς γέννος· οἱ δὲ παρὰ τὸ σιγᾶν, αἵ εἰσι σιγᾶν καὶ λέγειν ἀνοιγομέναις

et q. seq.; eadem fere exstant verba in Et. M. 711, 54:
 ἢ παρὰ τὸ σιγᾶν, αἰς ἐστι σιγᾶν καὶ λέγειν ἀνοιγομέναις.
 Gaisfordius sensui perverso, quem verba, qualia tradita sunt,
 praebent, ita medelam afferre conatus est, ut interpunctione
 inter σιγᾶν et καὶ uteretur. Quem mendum, quod latet, parum
 sanasse docet Meletius, qui 74, 11: τοῦτο τὸ μέρος, inquit,
 καὶ σιγόνες λέγονται, ὅτι σείονται περιαγόμεναι καὶ συνά-
 γονται ἐν τῷ ἐσθίειν ἡμᾶς ἢ δηλεῖν. ἢ ὅτι σιγῶμεν ἡμεῖς
 αὐτῶν κεκλεισμένων ὅπτων. His verbis docemur in Orione
 et Etymologicu Magno inter σιγᾶν et καὶ in textum recipiendum
 esse vocabulum κεκλεισμέναις, ita ut legatur: αἰς
 ἐστι σιγᾶν κεκλεισμέναις καὶ λέγειν ἀνοιγομέναις.

6. Ex ceteris, quae investigavi, frustulis in Etymologicis
 corruptis, quibus e solo Meletio medela afferri potest, suffi-
 ciet nonnulla hoc loco obiter excitare: Or. 129, 4 περίτ-
 ρωμα, Et. M. 665, 15 cl. Mel. 38, 12 || Or. 129, 25 πα-
 λαιστή, fragmentum corruptissimum, Et. M. 647, 23 cl.
 Mel. 122, 4 || Or. 142, 22 σπέρμα, Et. M. 723, 14 Σπέρμα:
 παρὰ τὸ συνεσπασμένην ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν δύναμιν τῆς τε-
 λειότητος, cuiusnam tandem τελειότητος? Mel. 113, 21: τὴν
 τῆς δυνάμεως τελειότητα τοῦ γενέσθαι τοιόνδε τὸ ζῶον, ἐξ ᾧ
 καὶ ἀπεκρίθη || Or. 145, 23 στῆθος, Et. M. 727, 21 cl. Mel.
 89, 15 || Et. M. 702, 43 φάχις (apud Orionem evanuit) cl.
 Mel. 91, 28 || In Or. 100, 16 μυελός, cl. Et. M. 593, 35, non,
 quod Larcherus coniecit, cum Etymologicu Magno ἀσφα-
 λίζεσθαι legendum est, quasi esset nova originatio vocis
 μυελός, sed restituendum est cum Mel. 52, 28: μυελός, οἶον
 μυχελός, ἀπὸ τοῦ ἐν μυχῇ ελλῆσθαι, ὃ ἐστιν αὐλίζεσθαι.

7. Unum denique locum, qui exstat in Et. Or. 141, 17,
 accuratius inspiciamus: Στεῦται : παρὰ τὸ στῆθος, οἶον ἐν
 τοῖς στήθεσι διανοεῖται· ἔκει γὰρ τὸ λογιστικὸν καὶ Ὁμηρον
 „στῆθος δὲ πλήξας προδίην ἤτικατε μίθῳ“ (Od. v 17).

Φιλόξενος δὲ et q. sqq. Numquis suspicetur hoc fragmen-
 tum, quo de στεῦται forma verbi agitur, Sorano esse vindicandum?
 Atqui ad Soranum auctorem reddit, quod patet ex
 Mel. 89, 13: τὸ στῆθος λέγεται καὶ στέφρον καὶ θώραξ . . .
 ἄλλοι δέ, ὅτι ἐν αὐτῷ τὸ ὑγεμονικὸν ἐστικεν· ἐξ οὗ καὶ

στεῦται τις λωβῆσαι σε,
δῖον ἐν τοῖς στῆθεσι διανοεῖται τις ἀδικῆσαι η̄ βλάψαι σε·
ώς καὶ παρ' Ὁμήρῳ
„στῆθος δὲ πελήξας προσδίην ἤντιπατε μύθῳ“ (Od. v 17).

Vides igitur, quam neglegenter Orion Sorani librum excepserit, cum occasione data primam quamque verbi alicuius formam ex contextu libri Soranei desumeret, desumptam neque accurate neque suo loco in Etymologicum suum transcriberet eique aliam Philoxeni originationem adiungeret. Id quoque frustum, quod apud Orionem 141, 13 praecedit illud, de quo agimus, σκαιά vocabuli originationem dico, Sorano debetur et suo loco motum est aequa atque insequentia pagina (Or. 142, 22) σπέρμα vocabulum. Idem prorsus de voce χοτύληρρυτον (Or. 80, 19) monendum est. Etenim Soranus (cfr. Mel. 122, 12) in explicandis singulis manus partibus de χοτύλῃ vocabulo haec verba fecerat: ποιλαινομένη δὲ κατὰ βάθος η̄ παλαιστὴ ποτύλῃ ἀνόμασται· δῆεν καὶ τὸ

„χοτύληρρυτον αἶμα“ (Il. Ψ 34)¹⁾

διὰ τὸ ἐν τῷ ποίλῳ τῆς χειρὸς ἀρνεσθαι. Qua ex explicazione Orion ultimam tantum partem eamque mutilatam ideoque idoneo sensu parentem Etymologico suo inseruit: Or. 80, 19 χοτύληρρυτον, τὸ δίνασθαι τῷ ποίλῳ τῆς χειρὸς ἀρνεσθαι.

CAPUT V.

De poetis et grammaticis a Sorano ad librum περὶ φύσεως ἀνθρώπου conscribendum adhibitis.

1. Sorani liber multis versibus cum ex aliorum poetarum carminibus tum ex Homero desumptis exornatus erat, quorum nonnulli in Etymologicis, permulti apud Meletium asservati sunt. At quoniam suspicari possis versus, quos exhibet Meletius, non in Sorani libro infuisse, sed a Meletio ipso esse adiectos — insunt enim multi in Meletio,

¹⁾ Apud Homerum legitur χοτύληρρυτον ἔρρεεν αἷμα.

qui num re vera iam in Sorani libro lecti sint necne, ex Etymologicis non satis patet — paucis ostendam omnes fere versus, quos nunc apud Meletium omissis saepe poetarum nominibus reperimus, iam in ipsius Sorani libro infuisse.

Versuum, quos Meletius profert, fere quinquaginta id est plus quam dimidiam partem iam in Sorani libro exstisset testes sunt Etymologica Orionis, Magnum, Gudianum, M. S. Bibliothecae Parisinae (Regiae), quorum primum ex Sorano ipso sua hausit, cetera ex Orione. Etenim aut omnia quae enumeravi Etymologica hos versus exhibent aut unum alterumve, veluti: Mel. 10, 3 : Et. M. || Mel. 22, 5 : Et. Gud. 411, 45 || Mel. 22, 3 : Et. M. et Et. Gud. || Mel. 37, 9 : Et. Or. Et. M. Et. Gud. || Mel. 54, 10 : Et. M. || Mel. 63, 5 : Et. Gud. 253, 29 || Mel. 69, 5 et 7 : Et. M. 572, 38 || Mel. 69, 19 : Et. M. 747, 9 || Mel. 83, 4 : Et. Gud. 113, 29 et Et. M. 641, 1 || Mel. 83, 12 : Or. 162, 22 || Mel. 84, 4 : Et. Or. || Mel. 84, 8 : Et. M. 788, 32 || Mel. 89, 17 et 20 : Et. Or. et Et. M. || Mel. 89, 30 et Mel. 90, 3 : Et. M. 460, 39 et 45 || Mel. 92, 3 : Et. Or. || Mel. 92, 9 : Et. Or. || Mel. 94, 3 : Et. Or. || Mel. 108, 20 : Et. Or. || Mel. 108, 23 : Et. M. || Mel. 109, 15 : Et. Or. || Mel. 111, 22 : Et. M. 642, 7 || Mel. 112, 3 : Et. M. 816, 25 || Mel. 118, 11 : Et. Or. || Mel. 122, 14 : Et. Or. || Mel. 122, 29 : Et. Or. || Mel. 129, 3 : Et. Or. || Mel. 130, 31 : Et. M. Praeterea quinque versus exstant apud Meletium, qui ea de causa neque apud Orionem neque in ceteris Etymologicis reperiuntur, quod lemmata, quibus in Sorani libro adiecta erant, aut in Orionis codicibus exciderunt aut omnino non ab Orione in lexicon recepta sunt: Mel. 77, 15 et 18 et 20 (s. v. *παρειά*) || Mel. 93, 22 (s. v. *πάτος*) || Mel. 109, 13 (s. v. *ἐφήβαιον*). Itaque si consideraveris et plerosque omnes, quos laudat Meletius, versus non in ipso contextu verborum a Meletio fictorum legi, sed vocabulorum originationibus ex Sorano desumptis esse adiectos, et Orionem in frustulis ex Sorani libello decerpentes certe non omnes, qui exstabant apud Soranum, versus in Etymologicum suum transcripsisse, multos denique versus, qui olim in germano et integro Orione legebantur, sine dubio postea excidisse — Orionis enim

Etymologicum per medium aevum quantopere corruptum, perturbatum, mutilatum sit¹⁾ , quantas passum sit lacunas, inter omnes constat — facile concedes eos quoque versus, quos Soraneos esse certo testimonio non potest evinci, Melletium non de suo addidisse, sed ex Sorano transcripsisse. Versus autem Soranus profert horum potissimum poetarum:

Homeri: No. 5. 46 (quater). 59. 61 (bis). 64. 69. 87 (quater). 92. 153 (bis). 173 (sexies). 185 (bis). 190. 198 (ter). 214 (quinquies). 225 (bis). 226 (quater). 227 (bis). 237 (quater). 247. 250. 256. 268;

Hesiodi: No. 69. 70. 185;

Pindari: No. 225;

Sophronis: No. 173. 228;

Callimachi: No. 72. 173. 185. 226 (bis);

Lycophronis: No. 59. 226;

Apollonii Rhodii: No. 213;

Orphei: No. 256;

Aristophanis: [εἰσηγήνη] No. 18;

Antiphanis (?) [ἰππεῦστι] No. 226;

Empedoclis: No. 6.

Epicharmi: No. 46.

Euphorionis: No. 226.

¹⁾ Quantopere multis locis mutilatus sit et corruptus Orion, unum pro multis demonstret exemplum: De λογάδες vocabulo

Or. 92, 7 tradit haec:

λογάδες: τὰ λευκὰ τῶν ὄφθαλμῶν τὰ
μῶν. εἴρηται δὲ οἷον λογάδες, ἐν
αἷς αἱ κόραι λοχῶσι καὶ οἷον λέζος
εἰσὶν αὐταῖς.

Et. M. 572, 36 haec:

λογάδες: ἐπὶ τῶν ὄφθαλμῶν τὰ
λευκά. Καλλίμαχος (fr. 132 Schneider)
„ὅστις ἀλιτροὺς αὐγάζειν καθα-
ραῖς οὐδὲ δύναται λογάσιν“. εἴρηται
δὲ οἷον λογάδες, ἐν αἷς αἱ κόραι
λοχῶσι καὶ οἷον λέζος εἰσὶν αὐταῖς.
ἢ οἷον λευκάδες, κατὰ συγγένειαν
τοῦ καὶ πρὸς τὸ γένος ὅτι λοξούνται
ἐν τῷ βλέπειν κατὰ τὰς ἐπιστροφάς.
Σώφρων ἐν Θυννοθήραις
„λοξῶν τὰς λογάδας“.
οὖτως Σωρανός.

Exciderunt igitur apud Orionem poetarum non tantum nomina, sed etiam versus.

2. Porro videndum est, quos grammaticos in usum suum converterit Soranus. Qui enim vel obiter Etymologicum Orionis inspexerit, eum non fugiet, quam saepe Soranus ipse in originationibus vocabulorum effingendis alias grammaticos ita laudaverit, ut eorum etymologias aut integras in librum suum reciperet, aut, si minus ipsi placerent, novas de suo adderet. His autem frustulis ex antiquiorum grammaticorum seriniis depromptis nomen auctoris constanter adiecisse Soranum patet ex Orione. Sunt vero, quos laudat Soranus, grammatici hi:

Apion : Et. M. 541, 21; Et. Gud. 333, 36.

Apollodorus : Or. 81, 12; Or. 116, 22 : Mel. 111, 5; Or. 129, 12; Or. 163, 26; Or. 170, 3 cl. Or. 168, 23; Et. M. 541, 20; 702, 42.

Aristarchus : Or. 52, 17 : Mel. 108, 19.

Aristonicus : Or. 119, 27 (= 188, 6) : Mel. 68, 24; Or. 94, 19 : Mel. 84, 20.

Philoxenus¹⁾ : Or. 81, 8 : Mel. 75, 17; Or. 155, 4 (= 190, 20) [nisi potius Philoxeni etymologia ab Orione addita neque ex Sorano deprompta est] : Mel. 76, 31; [Or. 187, 14 cl. Or. 104, 15 : Mel. 119, 9].

¹⁾ De Philoxeno optime egit H. Kleist in *commentatione*, quae inscribitur: *De Philoxeni grammatici Alexandrini studiis etymologicis* (Gryphisw. 1865). Qui cum Philoxeni reliquias publici iuris faciendas sibi sumpsisset, paulo post intellexit fragmentorum Philoxenorum multo maiorem extare copiam, quam quae angusto, quod *commentationi academicae* conceditur, spatio recipi posset. Accedit quod, priusquam omnia Philoxeni scripta edantur, nonnullae quaestiones singulares attingendae et absolvendae sunt, quae cum Philoxeni scriptis artissime sunt coniunctae: quaestiones dico de Epimerismis (quibus ex fontibus hausti et cuinam aetati vindicandi sint), de frustulis Philoxenianis (quaenam frustula ad ipsum Philoxenum redeant auctorem, quae secundum doctrinam de radicibus monosyllabis, quam Philoxenus in libro *περὶ μονοσυλλαβῶν ὄγμάτων* et *περὶ ἀναδηλασιασμῶν* diserte exposuerat, a grammaticis posterioris aetatis sint formatae). Philoxenea igitur ea nomino frustula, quae ipsi Philoxeno deberi facile perspicias. Tantopere autem nova eius neque inepta de monosyllabis radicibus doctrina posterioribus temporibus culta est, ut in sequentis aetatis vocabulorum originationes pleraque hac doctrina sint imbutae,

Praeter hos grammaticos excitat Soranus Hippocratem medicum (Aphorism.) : Or. 82, 4 : Mel. 83, 20; Or. 21, 19 : Mel. 101, 7;

cuius rei nonnulla afferam exempla: In Et. Gud. 576, 20 legimus : ψῶ σημαίνει ζ̄ : τὸ κόπτω εἰς μικρά, ἐξ οὐ καὶ φωμός· ψῶ τὸ προσεγγίζω, ἐξ οὐ καὶ φωρά, παρὰ τὸ ἀπτεσθαι ἐν τῷ κυήθειν τὰ πεπονθότα μέρη τοῦ σώματος· ψῶ τὸ λεπτύνω, ἐξ οὐ καὶ φιλόν σφρατιώτην λέγομεν τὸν ἄσπλον καὶ γυμνόν· ψῶ τὸ φαύω, ἐξ οὐ καὶ φοά· ψῶ φίω τὸ ἔμβρωματίζω· ψῶ τὸ καίω, ἐξ οὐ καὶ φολόεις κεραυνός, δὲ καυστικός· ψῶ τὸ τρίβω, ἐξ οὐ καὶ φώγοτες ταῖς χερσίν, ἥγουν τρίβοντες.

Et. Gud. 329, 47 : κλῶ σημαίνει σ̄ : τὸ καλῶ, ἐξ οὐ καὶ κλῆρος· τὸ ἐπαινῶ, ἐξ οὐ καὶ κλύω τὸ ἐπαινῶ· τὸ κλάω, ἐξ οὐ καὶ τὸ κλαίω, παρὰ τὸ κεκλάσθαι τὴν φωνὴν ἐν τῷ κλαίειν· τὸ φωνῶ καὶ τὸ ἀκούω, ἐξ οὐ καὶ κατὰ παραγωγὴν κλύω· κλῶ τὸ ἐμποδίζω, ἐξ οὐ καὶ κλᾶν τὸ ἐμποδίζειν· καὶ κλῶ τὸ φρονέω, ἥτοι τὸ ποντίζω· καὶ εἰς τὸ εὐκλόνητον καὶ ἐπίκλημα καὶ κλαίω καὶ κλῆμα.

Et. Gud. 572, 7: χῶ σημαίνει ζ̄ : χῶ τὸ χαίρω, χῶ τὸ χωρῶ, χῶ τὸ ὑπάρχω, χῶ τὸ ὑποχωρῶ, χῶ τὸ ὁργίζειν, χῶ τὸ χέω, ἀπὸ τοῦ χέω χῶ τὸ χώσω, χῶ τὸ χάζω.

Et. Gud. 520, 38: σῶ σημαίνει σ̄ : σῶ τὸ κινῶ, σῶ τὸ Ἐλκω, σῶ τὸ ὕγιαινω, σῶ τὸ σείω, σῶ τὸ σεύω, σείονται, σῶ σδος.

Eodem modo in Et. Gud. 508, 8 σπῶ formae tribuuntur septem diversae significaciones, Et. Gud. 537, 30 τρῶ quinque, in Anecd. Paris. Crameri IV pp. 262, 263, 264 χρῶ quinque, ἔω sex, δρῶ quattuor, λῶ quattuor, φῶ quattuor. At iam satis exemplorum, quorum numerus facile augeri potest. Puto enim me id evicisse, Philoxeni rationem vocabulorum ad originem revocandorum a grammaticis posteriorius aetatis et medii aevi adoptatam et, quod maximi est momenti in Philoxeni reliquis etymologicis colligendis et aestimandis, multifariam auctam esse. Itaque ea, quae Philoxeneo modo expressa nec tamen ipsi Philoxeno vindicanda sunt, Philoxeniana dico frustula.

Quibus difficultatibus respectis si quis corpus reliquiarum Philoxeni Alexandrini confecerit, is optime de litteris merebitur. Nam cui edendo tandem aliquando alter Lentzius existat, Philoxenus in primis dignus est, quippe qui omnia fere studiorum grammaticorum genera, quibus illis temporibus potissimum opera navabatur, amplexus sit, atque cui quodammodo prae Herodiano palma sit tribuenda. Quanta enim fecunditate fuerit Philoxenus, luculenter apparebit, si scripta eius in diversas classes digesta adscripsero. Egit autem:

1. de rebus mere grammaticis:
 - a) περὶ συγχριτικῶν
 - b) περὶ συνγριῶν
 - c) περὶ τῶν εἰς μὲν ληγόντων δημάτων

Platonem (Cratyl.) Or. 16, 10; Or. 144, 24;

Aristotelem (hist. anim.) Or. 116, 21. [(de part. anim. 662^b 19) Or. 129, 16 (*πρόσωπον*)].

Heraclides (Ponticus) : Or. 100, 30 (= 187, 14 exc. e cod. Par.) : Mel. 119, 11; Or. 156, 12 (= 190, 17) : Mel. 32, 27; Or. 170, 7 : Mel. 74, 28; Or. 147, 13 : Mel. 132, 16; Or. 129, 18 (Et. M. 654, 2) : Mel. 85, 15.

Chrysippus: Or. 130, 7 (= 188, 26); Or. 17, 9.

Horum igitur auctorum nomina eis locis, ubi apud Meletium exciderunt, quoad fieri potest aliorum fontium auxilio singulis fragmentis addenda sunt.¹⁾

d) περὶ μονοσυλλάβων ὄγματων (περὶ περισπωμένων ὄγματων Et. G. 467, 20)

e) περὶ ἀναδιπλασιασμοῦ

f) περὶ παραγώγων

g) ὄγματικόν,

2. de arte metrica, de prosodia :

a) περὶ μέτρων

b) περὶ προσῳδιῶν,

3. de notis criticis:

περὶ σημείων τῶν ἐν τῇ Ἰλιάδῃ,

4. de exegesi:

a) περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν

b) ὑπόμνημα εἰς Ὄδύσσειαν,

5. de dialectis:

a) περὶ τῆς τῶν Συρακοσίων διαλέκτου

b) περὶ τῆς τῶν Λακωνῶν διαλέκτου

c) περὶ τῆς τῶν Ρωμαίων διαλέκτου

d) περὶ τῆς Ιάδος διαλέκτου καὶ τῶν λοιπῶν

e) περὶ ἔλληνισμοῦ ζ.

Herodianum quoque ipsum Philoxeni vestigia pressisse eiusque doctrinam adoptasse evincitur Et. Gud. p. 571, 55: ψάλλειν ἐπὶ τῶν χορῶν· παρὰ τὸ ψῶ, οὐ τὸ παράγωγον φωνά καὶ φάλλω, παρὰ τὸ διά δακτύλων ἐπιφανῆς αὐτῶν, οὐτως Ἡρωδίανός.

¹⁾ Nescio an qua aetate Soranus librum περὶ φύσεως ἀνθρώπου conscripserit, ex eis, quae adhuc exposuimus, erui possit. Etenim Soranus in tractatu περὶ γυναικείων παθῶν, quotiens quaestionem aliquam attingit, quam in alio libro iam antea accurati pertractaverat, remittere solet lectores data occasione ad illud scriptum. Veluti π. γ. π. I 14 (ed. Rose): καταφεύδονται δὲ τῆς ἀνατομῆς· οὐχ εὑρίσκονται γάρ αἱ κοτυληθόνες καὶ ἀφύσικός ἐστιν ὁ περὶ αὐτῶν εἰσαγόμενος λόγος, ὃς ἐν τοῖς περὶ ζωγονίας ἐπομνήμασιν ἀποδέειται (cfr. I 45). Idem fit I 12:

περὶ οὐ διελάθομεν ἐν τῷ περὶ σπέρματος λόγῳ. I 29: ὡς ἐν τῷ βῆ περὶ κοινοτήτων ἐπελογίσθη. II 57: ἐν τῷ περὶ νοσημάτων τόπῳ. I 32: καθάπερ ἐν τῷ ὑγιεινῷ διὰ πλειόνων ἀποδέειται, (cfr. I 40). II 28: ὡν ἀπάντων τὴν ἐπιδεξιον χρῆσιν ἐν τοῖς περὶ βοηθημάτων ἐπομνήμασιν ἐφωθεύκαμεν. II 25: καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς δξέσι τὸν πολὺν περὶ αὐτῆς λόγον ἐφωθεύκαμεν (cfr. II 58); alibi. Quamquam autem tribus locis (p. 8. 19. 93 ed. Ermerins) etymologias profert Soranus, tamen nusquam illius libri περὶ φύσεως ἀνθρώπου mentionem facit, in quo omnes corporis humani partium originationes collegit. Ex quo tuo iure suspicaris eo tempore, quo περὶ γυναικείων παθῶν scripsit Soranus, περὶ φύσεως ἀνθρώπου librum nondum fuisse conscriptum. Qui cum iam ante quam tractatum περὶ γυναικείων παθῶν publici iuris faceret, octo minimum scripta, quae in libro π. γ. π. laudantur, elaboraverit, videtur librum περὶ φύσεως ἀνθρώπου provectione demum aetate conscriptsse. Quocum bene illud quadrat, quod tot scripta antiquorum grammaticorum novit et in litteris graecis non mediocriter versatum sese praestat. Quodsi hariolari liceat, possit quispiam ad eam adduci opinionem, Soranum sub finem vitae medici officiis postpositis totum esse arti grammaticae dedit.

(Reliqua propediem edentur in Dissertationum Argentoratensium volumine VIII.)